in feminam sese vertisse. his, sicut erant nuntiata, expositis 14
auctoribusque in curiam introductis consul de religione patres
consuluit. decretum, ut ea prodigia partim maioribus hostiis, 15
partim lactentibus procurarentur, et uti supplicatio per triduum
ad omnia pulvinaria haberetur; cetera, cum decemviri libros 16
inspexissent, ut ita fierent, quem ad modum cordi esse divis
ex carminibus praefarentur. decemvirorum monitu decretum 17
est, Iovi primum [donum] fulmen aureum pondo quinquaginta
fieret, *et* Iunoni Minervaeque ex argento dona darentur, et
Iunoni reginae in Aventino Iunonique Sospitae Lanuvii maioribus hostiis sacrificaretur, matronaeque pecunia conlata, quan- 18
tum conferre cuique commodum esset, donum Iunoni reginae
in Aventinum ferrent, lectisterniumque fieret, et ut libertinae

11—13. *sortes,* mit auffallendem Asyndeton; indessen ist der Name einer ein Orakel besitzenden Stadt schwerlich ausgefallen, da schon Plut. Fab. 2 das Prodigium auf Falerii bezieht, obschon von einem Orakel daselbst nichts überliefert ist: zur Sache 21, 62, 5. — *sua sponte* erwartet man vor excidisse, zu 21, 62, 3; *scriptam* für inscriptam. — *sudasse,* § 9, c. 36, 7; *αἷμα ἐξ ἀγαλμάτων ὤφθη* Zonar. 8, 22. — *cadentis.* Plin. nat. hist. 2, 35, 100: Scintillam e stella cadere (Sternschnuppe) et augeri terrae adpropinquantem ac, postquam lunae magnitudine facta sit, inluxisse ceu nubilo die . . . proditur. — *minoribus:* diese konnten nicht so schweres Unheil ankünden, wie die vorher erwähnten, in denen gewaltige Naturerscheinungen, Kampf, Waffen und Blut vorwiegen. — *lanatas f.* indem die Haare sich in Wolle verwandelten. — *sese vert.* gewöhnlich verti, converti; vgl. 21, 62, 4 hastam se commovisse statt des häufigeren motam esse.

14—16. *sicut,* ohne die Berichte abzuschwächen oder zu übertreiben, 21, 49, 6; *expositis*, durch den Vorsitzenden des Senates. — *triduum,* wie 31, 8, 2. 40, 53, 3 und oft; über die Heiligkeit der Dreizahl vgl. 21, 62, 6. 23, 31, 15 novemdiale sacrum, 27, 37, 7 decrevere pontifices, ut virgines ter novenae carmen canerent, und zu c. 10, 7. — *libros,* die sibyllinischen, welche in griechischen Versen (carminibus) die zur Sühnung nötigen Kultushandlungen vorschrieben. — *quemadmodum,* um mit *ut* abzuwechseln, zu 21, 13, 5. — *praefarentur,* die Decemvirn (zu 21, 62, 6). sonst häufiger edere, c. 10, 10. 37, 3, 5 quibus diis decemviri ex libris ut fieret, ediderunt; auch praeire 43, 13, 8.

17—20. *primum* = iam primum omnium, welchem auch 21, 62, 7 bei Aufzählung von Prodigiensühnungen nicht deinde, sondern das im Sakralstile übliche *et, et* folgt. — *pondo*, ursprünglich Ablativ, dem Gewichte nach, mit Ellipse von 'Pfund' (librarum). — *commodum,* beliebig, ähnlich von freiwilligen Beiträgen (stips) 25, 12, 14. — *ut libert.* Die Konjunktion, um die Bedeutung der von dem weitentfernten decretum est abhängigen Konjunktive aufzufrischen. — *et*

1*

et ipsae, unde Feroniae donum daretur, pecuniam pro facul-
19 tatibus suis conferrent. haec ubi facta, decemviri Ardeae in
foro maioribus hostiis sacrificarunt. postremo Decembri iam
mense ad aedem Saturni Romae inmolatum est, lectisternium-
20 que imperatum — et eum lectum senatores straverunt — et
convivium publicum, ac per urbem Saturnalia diem ac noctem
clamata, populusque eum diem festum habere ac servare in
perpetuum iussus.

2 Dum consul placandis Romae dis habendoque dilectu dat
operam, Hannibal profectus ex hibernis, quia iam Flaminium
2 consulem Arretium pervenisse fama erat, cum aliud longius,
ceterum commodius ostenderetur iter, propiorem viam per pa-
ludes petit, qua fluvius Arnus per eos dies solito magis inunda-

ipsae, so gut wie die Matronen; ihrer Zuziehung zu finanziellen Leistungen (Macr. Sat. 1, 6, 13) entspricht die gleichzeitige Einreihung der Libertini in die Legionen, c. 11, 8. — *Feroniae,* nach Varro libertorum dea, in deren Tempel zu Tarracina wohlverdiente Sklaven die Freiheit erhielten. — *Decembri,* des laufenden Jahres. — *Saturnalia,* schon im Beginne der Republik gestiftet bei Einweihung des Saturntempels, 2, 21, 2, jetzt nach Anweisung der sibyllinischen Bücher umgestaltet und durch das mit dem lectisternium verbundene convivium bereichert, später in Folge von Cäsars Kalenderverbesserung dreitägig. — *clamata,* zu 21, 62, 2; *diem,* den 19. Decb.

2, 1. *placandis,* was vor dem Abgange aus der Hauptstadt zu geschehen pflegte, 27, 11, 1. 33, 26, 6. — *Romae,* in die Mitte gestellt, weil zu hab. dilectu ein weiterer Begriff vorschwebt. — *dilectu,* Dativ, wie bei operari 21, 62, 6. Jeder Consul hob die üblichen zwei, vielleicht von 4000 auf 5000 Mann verstärkten (Pol. 3, 107, 10) Legionen aus, wozu aufser den mindestens gleich starken socii für Servilius die Reste der Scipionischen, für Flaminius die der Sempronischen Armee kamen. Eine Verstärkung der beiden Consularheere auf je vier Legionen wurde noch nicht für nötig befunden (Pol. 3, 107, 15), wenn auch gewisse Historiker (Fabius Pictor bei Appian Hann. 8) die doch fast nur noch dem Namen nach bestehenden Legionen von 218 mitgerechnet haben. Über die zahlreiche Reiterei zu c. 8, 1. — *Arretium.* Der durch Pol. 3, 77, 1 verbürgten Angabe, dafs Flam. gleich von Rom aus nach Arretium abgegangen sei, wie Serv. nach Ariminum, stand im Altertume eine andere gegenüber, wonach anfänglich beide Consuln nach Arim. zogen und Flam. erst auf die Kunde von dem Appenninübergange Hannibals nach Osten abschwenkte. Letztern Marsch verlegt L. in die Zeit vor dem Aufbruch Hannibals, wo der Umweg nutzlos erscheint.

2. *longius:* um die Römer zu überraschen, that er das Gegenteil von dem, was man von ihm erwarten mochte. 21, 31, 9. — *paludes,* nach c. 3, 1 und wie auch Pol. 3, 78. 79. 80 von ἕλη und ἑλώδεις τόποι spricht. — *fluvius Arnus,* wegen der Wortstellung zu 21, 2, 7. — *solito magis,* wie 25, 7, 8; aber auch in umgekehrter Wortstellung c. 14, 2. — *inundaverat,* aus den Ufern treten, sonst transitiv 24, 9, 6; die ganze Notiz über den Arnus fehlt übrigens bei Polyb. Nach diesem 3, 78, 6 τὴν διὰ τῶν ἑλῶν εἰς Τυρρηνίαν φέρουσαν (ἐμβολήν) könnte man glauben, die Sümpfe seien nördlich vom Appennin auf der gallischen Seite gelegen gewesen, welche Ansicht Strabo 5, 1, 11, p. 217 deutlich ausspricht und damit begrün-

verat, Hispanos et Afros et omne veterani robur exercitus ad- 3
mixtis ipsorum inpedimentis, necubi consistere coactis necessaria
ad usus deessent, primos ire iussit, sequi Gallos, ut id agminis
medium esset, novissimos ire equites; Magonem inde cum ex- 4
peditis Numidis cogere agmen, maxime Gallos, si taedio laboris
longaeque viae, ut est mollis ad talia gens, dilaberentur aut
subsisterent, cohibentem. primi, qua modo praeirent duces, 5
per praealtas fluvii ac profundas voragines, hausti paene limo
inmergentesque se, tamen signa sequebantur. Galli neque 6
sustinere se prolapsi neque adsurgere ex voraginibus poterant,
nec aut corpora animis aut animos spe sustinebant, alii fessa
aegre trahentes membra, alii, ubi semel victis taedio animis 7
procubuissent, inter iumenta et ipsa iacentia passim morientes.
maximeque omnium vigiliae conficiebant per quadriduum iam
et tres noctes toleratae. cum omnia obtinentibus aquis nihil, 8
ubi in sicco fessa sternerent corpora, inveniri posset, cumulatis

det, dafs die Trebia und andere südliche Zuflüsse des Po aus ihren Ufern treten. Gleichwohl kann auch Pol. die Sümpfe nur zwischen Pistoria und Fäsulä gedacht haben, da nach 3, 80, 1. 82, 1 Hannibal bei Fäsulä zuerst festen Grund findend, durch diesen Marsch in die Nähe des römischen Lagers gelangt, und sein Ausdruck, nach welchem man durch die Sümpfe erst nach Etrurien gelangt, läfst sich daraus erklären, dafs nach seiner eigenen Versicherung 2, 16, 1 die südlichen Abhänge des Appennin von Ligurern bewohnt waren und auch Luna von Frontin 3, 2, 1 oppidum Ligurum genannt wird.

3. 4. *et omne etc.*, genau nach Pol. 3, 79, 1 *εἰς τὴν πρωτοπορείαν ἔθηκε τοὺς Λίβυας καὶ Ἴβηρας καὶ πᾶν τὸ χρησιμώτερον μέρος τῆς σφετέρας δυνάμεως*, d. h. die Afr. Hisp. und überhaupt die aus Spanien mitgebrachten Truppen, z. B. Söldner (Ligurer? Baliaren? zu 21, 22, 2. 3), im Gegensatz zu den erst frisch eingereihten Galliern. — *ipsorum*, ihre eigene Bagage; nach Pol. der Trofs des ganzen Heeres, *συγκαταμίξας αὐτοῖς τὴν ἀποσκευήν*. — *nec. ad usus*, nam. Lebensmittel, schwerlich Zelte; 24, 1, 2 nec. usibus. — *Magonem*, welcher nach Pol. die dritte aus der Reiterei gebildete Kolonne befehligte, *ἐπὶ πᾶσιν ἐπέβαλε τοὺς ἱππεῖς*, während bei L. primos, medium, novissimos, inde, cogere nicht recht zusammenstimmen. — *mollis*, über den Mangel an Ausdauer vgl. auch zu 21, 16, 4; *cohibentem*, *κωλύσοντα*.

5—7. *praealtas*, sowohl mit rupes, mons, ripa als mit flumen, alveus, vorago verbunden; *profundus*, vorzugsweise von Meeren, Sümpfen u. dergl. gebraucht, bestimmt jenes näher und dient zur Hervorhebung des Begriffes. — *limo*, wogegen Pol. 3, 79, 1 von *στερεοὺς τόπους κατὰ τὴν δίοδον* spricht; 'das Bett hat harten Kiesgrund', A. v. Roon, milit. Länderbeschr. 1, 519. — *prolapsi*, ausgleiten, indem L. annimmt, der Grund sei durch den Durchmarsch der Vorhut schlüpfriger geworden, wogegen Pol. 3, 79, 6 hervorhebt, die seichten Stellen seien dadurch tiefer geworden. — *alii, alii* teilt die Subjekte von sustinebant, entsprechend dem vorausgehenden aut, aut. — *et ipsa*, c. 1, 18, weil iacentia und procubuissent sich entsprechen. — *conficiebant*] das Objekt mufs aus dem Zusammenhange ergänzt werden.

8—11. *aquis*, die Wassermasse (24, 9, 6), hier durch omnia motiviert; im folgenden dreimal aqua, weil von Sümpfen unda, fluctus

9 in aqua sarcinis insuper incumbebant, *aut* iumentorum itinere
toto prostratorum passim acervi tantum, quod extaret aqua,
quaerentibus ad quietem parvi temporis necessarium cubile
10 dabant. ipse Hannibal, aeger oculis ex verna primum intem-
perie variante calores frigoraque, elephanto, qui unus super-
11 fuerat, quo altius ab aqua extaret, vectus, vigiliis tamen et
nocturno umore palustrique caelo gravante caput, et quia me-
dendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.

3 Multis hominibus iumentisque foede amissis cum tandem
de paludibus emersisset, ubi primum in sicco potuit, castra
locat, certumque per praemissos exploratores habuit exercitum
2 Romanum circa Arreti moenia esse. consulis deinde consilia
atque animum et situm regionum itineraque et copias ad com-
meatus expediendos et cetera, quae cognosse in rem erat,
3 summa omnia cum cura inquirendo exsequebatur. regio erat
in primis Italiae fertilis, Etrusci campi, qui Faesulas inter
Arretiumque iacent, frumenti ac pecoris et omnium copia rerum
4 opulenti; consul ferox ab consulatu priore, et non modo legum
aut patrum maiestatis sed ne deorum quidem satis metuens.
hanc insitam ingenio eius temeritatem fortuna prospero civi-
5 libus bellicisque rebus successu aluerat. itaque satis apparebat

u. ä. nicht wohl gebraucht werden kann, und voragines § 5. 6 sich speziell auf das Bett des Arno bezieht. — *insuper inc.* da superincumbere in klassischer Prosa vermieden wird; zu c. 51, 9 und 21, 1, 5. — *passim*, nämlich ὄντες, gehört zu acervi, wie it. toto zu prostratorum. — *unus,* von den 37 aus Spanien mitgebrachten, 21, 58, 11. — *caelo*, Klima, Luft; *gr. caput,* weil Augenleiden oft mit Kopfschmerzen verbunden sind. — *capitur,* Pol. ἐστερήθη τῆς μιᾶς ὄψεως, Per. Liv. 22 oculo amisso, wogegen nach Nepos Hann. 4 das eine Auge nur geschwächt worden sein soll. Vgl. Tac. Hist. 4, 13. Iuven. 10, 158, Apul. de deo Socr. 7 ut Hannibali somnia orbitatem oculi comminitentur; über *capi* zu 21, 58, 5.

3—7, 5. Schlacht am trasimennischen See, in der Hauptsache nach Pol. 3, 80—85, mit einigen rhetorischen Ausführungen und mehreren Zusätzen aus Coelius Antipater, c. 3, 11—14. 6, 1—4. 11. 12. 7, Anf.

1—3. *de paludibus em.* ungewöhnliche Verbindung statt ex pal. 1, 13, 5. 25, 38, 10 oder dem blossen Ablativ, vielleicht vulgär, vgl. Vitruv 1, 6, 11 sol emergit de subterranea parte: häufiger wird auch von Cicero de manibus mit emittere, extorquere u. ä. verbunden, 21, 48, 6. 37, 12, 3. — *certum hab.* 28, 40, 6, Sall. Cat. 52, 17 pro certo hab. — *consilia,* der Plural bezeichnet die verschiedenen, in einen Plan oder ein System zusammenlaufenden Gedanken und Absichten, die Strategie, die Methode der Kriegführung; 42, 29, 4 belli pacisque consilia, Politik. — *regionum,* gewöhnlich locorum c. 38, 9; *copias,* Hülfsquellen, um eine regelmäfsige Verpflegung einzurichten; *in rem,* zweckdienlich. — *in primis* sagt nicht so viel als der deutsche Superlativ, da Campanien noch fruchtbarer war. — *inter,* ungenau, weil die fruchtbaren Gegenden Etruriens nicht zwischen den beiden genannten Städten liegen; die Nachstellung der Präposition sonst am liebsten nach vorausgehendem Relativpronomen.

4—6. *civilibus,* durch die lex

nec deos nec homines consulentem ferociter omnia ac prae-
propere acturum. quoque pronior esset in vitia sua, agitare
eum atque inritare Poenus parat; et laeva relicto hoste Fae- 6
sulas petens medio Etruriae agro praedatum profectus quantam
maximam vastitatem potest caedibus incendiisque consuli pro-
cul ostendit. Flaminius, qui ne quieto quidem hoste ipse 7
quieturus erat, tum vero, postquam res sociorum ante oculos
prope suos ferri agique vidit, suum id dedecus ratus, per
mediam iam Italiam vagari Poenum atque obsistente nullo ad
ipsa Romana moenia ire oppugnanda, ceteris omnibus in con- 8
silio salutaria magis quam speciosa suadentibus: conlegam ex-
pectandum, ut coniunctis exercitibus communi animo consilio-
que rem gererent; interim equitatu auxiliisque levium armorum 9
ab effusa praedandi licentia hostem cohibendum: iratus se ex
consilio proripuit, signumque simul itineris pugnaeque cum
proposuisset, „immo Arreti ante moenia sedeamus“, inquit; „hic 10
enim patria et penates sunt. Hannibal emissus e manibus
perpopuletur Italiam, vastandoque et urendo omnia ad Romana
moenia perveniat, nec ante nos hinc moverimus quam, sicut
olim Camillum ab Veiis, C. Flaminium ab Arretio patres ac-

agraria betr. Verteilung des ager Gallicus und Picenus an unbemittelte Bürger, durch Anlegung der Rom mit Ariminum verbindenden via Flaminia und dem gleichfalls nach ihm benannten Circus; *bellicis*, durch den Sieg über die Insubrer im J. 223 vor Chr. — *deos*, die Schilderung des Flam. als Götterverächters stammt wie das Prodigium § 11 ff. aus römischer Quelle. — *Faesulas*, ein geographischer Irrtum des L., welcher sich die Stadt im südlichen Teile von Etrurien gedacht zu haben scheint: indem aber Hann. an Arretium vorbei nach Süden zog, konnte Fl. nicht wissen, ob er auf der via Cassia auf Rom oder auf der südlich von Arretium sich abzweigenden Strafse über Perusia auf den im Anmarsche begriffenen Servilius sich werfen würde. Denn die Aufstellung der beiden römischen Heere stützte sich wohl auf den im gallischen Kriege (225 v. Chr.) mit Erfolg gekrönten Plan, dafs der nicht angegriffene Consul dem andern zu Hilfe kommen und womöglich den Feind zwischen zwei Feuer bringen sollte.

7—9. *quieturus*] Es wird allgemein, und auch von Polyb. 3, 82, 7 (σπεύδων συμπεσεῖν) angenommen, dafs Fl. die Schlacht um jeden Preis gesucht habe; indessen war er doch anfänglich (vgl. § 5 *inritare*) ruhig im Lager geblieben und erst aufgebrochen, als Hannibal an ihm vorüber gezogen war. Vielleicht ist der griechische Ausdruck eines Quellenautors (Fabius Pictor?), wonach Fl. das συνάπτειν (mit dem Feinde Fühlung behalten, ihm auf den Fersen bleiben) beabsichtigte, von Spätern irrtümlich = μάχεσθαι verstanden worden, oder die politische Gegenpartei hat ihm falsche Motive untergeschoben. — *omnibus*, rhetor. Hyperbel; Pol. τινῶν οἰομένων. — *expectandum*, was militärisch nicht zu rechtfertigen ist, da wohl Fl. in dem verschanzten Lager sicher war, der Kollege aber einer Niederlage ausgesetzt wurde. — *signum*, durch Trompetersignal und die rote Fahne, zu 21, 59, 4.

10. 11. *sedeamus*, zu 21, 25, 6; *patria et pen.*, häufige allitterierende Verbindung, wie 26, 50, 2 *patriam parentesque*. — *ab Veiis*, ungenau, da die in Veii versam-

11 civerint“. haec simul increpans cum ocius signa convelli iuberet
et ipse in equum insiluisset, equus repente conruit consulem-
12 que lapsum super caput effudit. territis omnibus qui circa
erant velut foedo omine incipiendae rei insuper nuntiatur,
13 signum omni vi moliente signifero convelli nequire. conversus
ad nuntium „num litteras quoque“ inquit „ab senatu adfers,
quae me rem gerere vetent? abi, nuntia, effodiant signum, si
14 ad convellendum manus prae metu obtorpuerint“. incedere
inde agmen coepit primoribus, superquam quod dissenserant
ab consilio, territis etiam duplici prodigio, milite in vulgus
laeto ferocia ducis, cum spem magis ipsam quam causam spei
intueretur.

4 Hannibal quod agri est inter Cortonam urbem Trasumen-
numque lacum omni clade belli pervastat, quo magis iram hosti
2 ad vindicandas sociorum iniurias acuat. et iam pervenerant
ad loca nata insidiis, ubi maxime montes Cortonenses Trasu-
mennus subit. via tantum interest perangusta, velut ad *id*
ipsum de industria relicto spatio; deinde paulo latior patescit
3 campus; inde colles insurgunt. ibi castra in aperto locat, ubi
ipse cum Afris modo Hispanisque consideret; Baliares ceteram-

melten Römer den Camillus von Ardea her beriefen, 5, 46, 7. — *ocius,* je schneller desto lieber, oft ohne Vergleichung statt des fehlenden Positivs, 10, 40, 6. — *equus.* Nach Plut. Fab. 3 und Coelius bei Cic. de divin. 1, 35, 77 fand diese Scene beim Abgange von Rom nach Arretium, in der Nähe des Bildes des Juppiter Stator statt. — *super caput,* nämlich des Pferdes, wie 27, 32, 5; mifsverstanden von Plut. Fab. 3 κατενεχθεὶς ἐπὶ κεφαλήν.

12—14. *velut,* ὡς, drückt einfach die subjektive Ansicht der Umstehenden aus, durchaus nicht, dafs der Historiker dieselbe als eine irrige bezeichnet. — *obtorpuerint,* der Plural, da Cic. nach Coelius berichtet, dafs andere sich umsonst bemüht hätten zu helfen, und Sil. Ital. 5, 90 das nämliche voraussetzt; die älteste Hdschr. obtorpuerit. — *superquam quod* = praeterquam quod, c. 7, 4, wie auch in andern Verbindungen super an die Stelle von praeter tritt, c. 6, 11.

4, 1—3. *inter C.,* wohl auch die Gegend zwischen Arretium und Cortona, Pol. 3, 82, 1. 3. 10. — *hosti,* nam. auf Flaminius zu beziehen; Pol. ἐκκαλέσασθαι τὸν θυμὸν τῶν ὑπεναντίων. — *maxime,* im Sinne von proxime; *Trasumennus,* über die Orthographie vgl. den kr. Anh. — *velut de ind.* 27, 3, 3. — *campus,* bei Pol. αὐλών, an der Nordseite des Sees: das Défilé am Eingang in diesen Thalkessel wird östlich von Borghetto durch die Abhänge des monte Gualandro gebildet, wie entsprechend der Ausgang aus demselben durch die an den See tretenden Berge von Passignano beinahe geschlossen wird. — *inde,* am östlichen Ausgange des Thales, bei Passignano. — *insurgunt* schliefst eine gewisse Abschüssigkeit der Hügel in sich (Tac. Ann. 2, 16), wähernd adsurgere das allmähliche Austeigen bezeichnet, daher gern mit clementer u. ä. Ausdrücken verbunden erscheint. — *in aperto,* nicht in campo, da das südlich vom See begrenzte Thal auch nördlich durch eine Hügelreihe abgeschlossen ist, in deren vorspringender Mitte das Dorf Tuoro (Hannibals Hauptquartier) liegt; die Erklärung ergiebt sich aus conspexit § 4. — *Afris,* und zwar nur mit dem schweren Fufsvolke, welchem

que levem armaturam post montis circumducit; equites ad ipsas
fauces saltus, tumulis apte tegentibus, locat, ut, ubi intrassent
Romani, obiecto equitatu clausa omnia lacu ac montibus essent.
Flaminius cum pridie solis occasu ad lacum pervenisset, 4
inexplorato postero die vixdum satis certa luce angustiis supe-
ratis, postquam in patentiorem campum pandi agmen coepit,
id tantum hostium, quod ex adverso erat, conspexit; ab tergo
ac super caput *haut* dispectae insidiae. Poenus ubi, id quod 5
petierat, clausum lacu ac montibus et circumfusum suis copiis
habuit hostem, signum omnibus dat simul invadendi. qui ubi, 6
qua cuique proximum fuit, decucurrerunt, eo magis Romanis
subita atque inprovisa res fuit, quod orta ex lacu nebula campo
quam montibus densior sederat, agminaque hostium ex pluri-
bus collibus ipsa inter se satis conspecta eoque magis pariter 7
decucurrerant. Romanus clamore prius undique orto quam
satis cerneret se circumventum esse sensit. et ante in frontem
lateraque pugnari coeptum est, quam satis instrueretur acies
aut expediri arma stringique gladii possent. Consul perculsis 5
omnibus ipse satis, ut in *re* trepida, inpavidus turbatos ordines,

ohne Zweifel das Gepäck der Armee beigegeben war. — *post montis,* hinter die östlich das Thal abschliefsenden Berge von Passignano; daher schossen die gallischen Schützen, als die Römer Hannibals Aufstellung bei Tuoro angriffen, in deren ungedeckte rechte Flanke. — *fauces,* hinter den Ausläufern des monte Gualandro, dessen Abhänge gegen Tuoro hin durch die Gallier besetzt waren. — *apte,* frei, 'bequem', c. 28, 7. 23, 1, 6 in insidiis, quacumque a. poterat, disposuit.

4—6. *inexplorato*, der erste, aber unverzeihliche Fehler des Fl. — *pervenisset:* er wollte nur den Hann. nicht aus dem Gesichte verlieren, nicht, wie ihm seine politischen Gegner vorgeworfen haben, die Schlacht erzwingen, die er Tags darauf zu liefern allerdings genötigt war. — *coepit,* wie 24, 19, 6 Casilinum oppugnari coepit, viel häufiger das Passiv § 7; 21, 15, 3; doch kann pandi medial gefafst werden. — *id hostium,* das schwere Fufsvolk Hannibals. — *ab tergo, super c.* wo die punische Reiterei und die Leichtbewaffneten eine verdeckte Stellung hatten. — *Poenus,* wie der Gegensatz zeigt, Hannibal. — *sederat* von sido = consido, wie Suet. Aug. 97 aquila saepius circumvolavit et super nomen Agrippae (einer Tempelinschrift) sedit. — *pluribus coll.* Pol. *κατὰ πολλοὺς τόπους ἐξ ὑπερδεξίον καταφερομένων*, nicht nur von den sich gegenüberliegenden Anhöhen (*βουνοί*) des m. Gualandro und der Berge von Passignano, sondern zugleich auch von dem vorspringenden Hügel (*λόφος*), auf welchem das Dorf Tuoro liegt. — *satis consp.,* so weit es die Dämmerung und der Nebel gestattete. — *pariter,* dem Sinne nach so viel als gleichzeitig, d. h. so gleichmäfsig, dafs die drei Kolonnen dieselbe Distanz von dem Thalkessel behielten und daher auch miteinander den Kampf eröffneten.

7. *prius etc.* Konstruiere: Rom. clam. u. orto prius se c. esse sensit, quam s. c. — *satis cern.*, im negativen Satze 'recht'; zu 21, 47, 3: dazu ist nochmals zu ergänzen, se circumventum esse, oder satis cern. ohne weitere Ergänzung auf § 4 vixdum satis certa luce zu beziehen; c. 6, 9. — *expediri arma* geht dem aptare c. 5, 3 voraus.

5, 1—3. *ut in re tr.* bezeichnet

vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit, ut tempus
locusque patitur, et, quacumque adire audirique potest, adhor-
2 tatur ac stare ac pugnare iubet: nec enim inde votis aut in-
ploratione deum sed vi ac virtute evadendum esse. per medias
acies ferro viam fieri, et quo timoris minus sit, eo minus ferme
3 periculi esse. ceterum prae strepitu ac tumultu nec consilium
nec imperium accipi poterat, tantumque aberat, ut sua signa
atque ordines et locum noscerent, ut vix ad arma capienda
aptandaque pugnae conpeteret animus, opprimerenturque qui-
dam onerati magis his quam tecti. et erat in tanta caligine
4 maior usus aurium quam oculorum. ad gemitus vulneratorum
ictusque corporum aut armorum et mixtos terrentium paven-
5 tiumque clamores circumferebant ora oculosque. alii fugientes
pugnantium globo inlati haerebant, alios redeuntes in pugnam
6 avertebat fugientium agmen. deinde, ubi in omnis partis nequi-
quam impetus capti, et ab lateribus montes ac lacus, a fronte
et ab tergo hostium acies claudebat, apparuitque nullam nisi
7 in dextera ferroque salutis spem esse, tum sibi quisque dux
adhortatorque factus ad rem gerendam, et nova de integro
exorta pugna est, non illa ordinata per principes hastatosque
ac triarios, nec ut pro signis antesignani, post signa alia pu-
gnaret acies, nec ut in sua legione miles aut cohorte aut mani-
8 pulo esset; fors conglobabat et animus suus cuique ante aut
post pugnandi ordinem dabat; tantusque fuit ardor animorum,
adeo intentus pugnae animus, ut eum motum terrae, qui mul-

die Furchtlosigkeit nicht als eine absolute, sondern als eine beschränkte, relative, wogegen Pol. den Consul als durchaus unbeholfen und kopflos darstellt; vgl. 26, 8, 2. — *votis*, Virg. Aen. 3, 260; *vi ac virt.* 21, 41, 17. 25, 23, 1 und oft. — *ferro etc.* nach Virg. Aen. 2, 494 fit via vi, L. 4, 38, 4 vi viam faciunt. — *periculi:* derselbe Gedanke bei Sall. Jug. 87 fortissimum quemque tutissimum. — *consilium, imperium,* wie § 1 adhortatur und iubet; *accipi* zeugmatisch von dem Hören auf das Sehen übertragen. — *onerati,* 21, 58, 8. — *caligine*, vom dichten Nebel, wie c. 6, 8.

4—6. *ictus . . armorum,* crepitum: vgl. auch 5, 47, 4 umbone ictum deturbat. — *fugientes, redeuntes,* qui fugiebant, Conatus. — *imp. capti*, wie 2, 65, 5; gewöhnlicher facere, c. 6, 4. 8. — *ab lateribus etc.*, weil die Römer ihre Marschrichtung auf Tuoro aufgegeben haben und längs dem See in der Richtung auf Perusia durch das Défilé von Passignano zu entkommen suchen; bei Polyb, der 3, 83, 1 ff. das Thal bei dem Einzuge Hannibals in dasselbe, also bei Anlafs seines Marsches auf Tuoro, beschreibt, bildete der Hügel des genannten Dorfes die Vorderseite, der See die Rückseite, die Berge von Gualandro die linke, die von Passignano die rechte Flanke. — *a fronte,* die Baliaren und Leichtbewaffneten; *ab tergo*, die Reiter und die Gallier.

7. 8. *nova de i.* derselbe Pleonasmus 24, 16, 2. 30, 34, 12; dreifach 37, 19, 5 instauremus novum de i. bellum. — *nec ut,* ergänze nec ita instructa ut. — *ardor animorum,* 8, 6, 7 tantum ardoris animis fecit, 44, 36, 3. — *animus,* die dreimalige Wiederholung des Wortes ist mehr nachlässig als beabsichtigt.

tarum urbium Italiae magnas partes prostravit avertitque cursu
rapidos amnis, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti
proruit, nemo pugnantium senserit.
Tris ferme horas pugnatum est, et ubique atrociter; circa 6
consulem tamen acrior infestiorque pugna est. eum et robora 2
virorum sequebantur, et ipse, quacumque in parte premi ac
laborare senserat suos, inpigre ferebat opem; insignemque 3
armis et hostes summa vi petebant et tuebantur cives, donec
Insuber eques — Ducario nomen erat — facie quoque noscitans
consulem „*en*“ inquit „hic est“ popularibus suis, „qui legiones
nostras cecidit agrosque et urbem est depopulatus! iam ego
hanc victimam Manibus peremptorum foede civium dabo“: sub- 4
ditisque calcaribus equo per confertissimam hostium turbam
impetum facit, obtruncatoque prius armigero, qui se infesto
venienti obviam obiecerat, consulem lancea transfixit; spoliare
cupientem triarii obiectis scutis arcuere. magnae partis fuga 5
inde primum coepit; et iam nec lacus nec montes pavori ob-
stabant: per omnia arta praeruptaque velut caeci evadunt,
armaque et viri super alium alii praecipitantur. pars magna, 6
ubi locus fugae deest, per prima vada paludis in aquam pro-
gressi, quoad capitibus umeris*ve* extare possunt, sese inmergunt.
fuere quos inconsultus pavor nando etiam capessere fugam in-
pulerit, quae ubi inmensa ac sine spe erat, aut deficientibus 7
animis hauriebantur gurgitibus, aut nequiquam fessi vada retro
aegerrime repetebant, atque ibi ab ingressis aquam hostium

— *Italiae:* Coelius, der nach Cic. div. 1, 35, 78 dasselbe erzählte, dehnte das Erdbeben gar auf Gallien, Ligurien und mehrere Inseln aus. — *avertit c.*, in ein neues Bett trieb, wie 41, 11, 3 amnem novo alveo avertit; der abergläubische Coelius schreibt gar ut flumina in contrarias partes fluxerint.

6, 1—4. *tris horas*, ebenso Coelius bei Cic., dem L. in den folgenden Paragraphen folgt. — *robora virorum.* Eine organisierte Leibwache hatte erst (der jüngere?) Scipio Africanus und zwar eine aus Reitern gebildete, weshalb Angaben wie 2, 20, 5 auf Übertragung jüngerer Einrichtungen in ältere Zeiten beruhen. — *insignem* gehört mehr zu petebant als zu tuebantur. — *noscitans*, das Frequentativ oft in der ersten Dekade, sonst nur noch 26, 41, 24. — *legiones*, zu 21, 3, 1; gemeint ist der Sieg vom J. 223, zu c. 3, 4. — *iam ego:* vgl. 4, 19, 3 iam ego hanc mactatam victimam legatorum Manibus dabo. — *armigero,* ein sonst mehr poetisches Wort, bei Curtius im Plural für Leibwache. — *lancea,* keltisches Wort, damals eine den Römern fremde Waffe; eine abweichende Angabe über den Tod des Consuls in einer Rede Hannibals 23, 45, 8.

5—8. *per omnia,* auf allen Seiten, auch wo das Terrain . . . war; anders 21, 32, 9. — *alii,* ungewöhnlich für alius; c. 7, 8. 19, 8. 21, 35, 12. — *fuere quos.* Beachte die consecutio temp. im Relativsatze; den Indikativ mit sunt qui (ἔστιν οἵ = ἔνιοι) hat L. nicht verbunden. — *inmensa,* da der sich der Kreisform nähernde See einen Flächenraum von zwei Quadratmeilen bedeckt. Livius scheint von den beiden Inseln (vgl. den Plan) nichts zu wissen. — *animis,* die moralische Kraft, der Mut, hier von der körperlichen getrennt ge-

8 equitibus passim trucidabantur. sex milia ferme primi agminis
per adversos hostes eruptione inpigre facta, ignari omnium,
quae post se agerentur, ex saltu evasere, et cum in tumulo
quodam constitissent, clamorem modo ac sonum armorum
audientes, quae fortuna pugnae esset, neque scire nec perspicere
9 prae caligine poterant. inclinata denique re cum incalescente
sole dispulsa nebula aperuisset diem, tum liquida iam luce
montes campique perditas res stratamque ostendere foede Ro-
10 manam aciem. itaque, ne in conspectos procul inmitteretur
eques, sublatis raptim signis quam citatissimo poterant agmine
11 sese abripuerunt. postero die cum super cetera extrema fames
etiam instaret, fidem dante Maharbale, qui cum omnibus eque-
stribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire
12 cum singulis vestimentis passurum, sese dediderunt; quae Punica
religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes
coniecti.

7 Haec est nobilis ad Trasumennum pugna atque inter paucas
2 memorata populi Romani clades. quindecim milia Romanorum
in acie caesa; decem milia sparsa fuga per omnem Etruriam
3 diversis itineribus urbem petiere; duo milia quingenti hostium
in acie, multi postea [utrimque] ex vulneribus periere. multi-
4 plex caedes utrimque facta traditur ab aliis; ego, praeterquam

dacht; dem Sinne nach würde auch die Ableitung von anima = Atem (21, 58, 4) gut passen, wenn der Plural in dieser Bedeutung gebräuchlich wäre. — *trucidabantur.* Pol. *ἐξαίροντες τὰς χεῖρας καὶ δεόμενοι ζωγρεῖν καὶ πᾶσαν προιέμενοι φωνὴν τὸ τελευταῖον οἱ μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων, τινὲς δὲ παρακαλέσαντες αὑτοὺς διεφθάρησαν,* was L. mit Grund übergangen hat. — *sex milia etc.* Vgl. Pseudofrontin 4, 7, 25. — *ex saltu,* bei Passignano.

9—12. *liquida,* mit Bezug auf den Nebel in der Ebene; *certa* c. 4, 4 mit Bezug auf die Morgendämmerung: vgl. 26, 17, 14. — *super cetera* = praeter cet. 29, 29, 3: zu c. 3, 14 und 21, 46, 1. — *fames,* Pol. *ποικίλης αὐτοῖς ἀπορίας περιεστώσης*; *extrema* hat L. durch das bei Pol. fehlende postero die motiviert. — *equestribus,* Pol. 3, 84, 14 *μετὰ τῶν Ἰβήρων* (verb. *ἱππέων,* nach c. 86, 4) *καὶ λογχοφόρων.* — *singulis vest.* eine oft bei der Übergabe belagerter Städte gewährte Vergünstigung, wo dann singulis mit Ausschlufs des auf dem Leibe getragenen Anzuges zu verstehen ist, 21, 12, 5; hier weniger passend, wie auch Pol. davon nichts erwähnt. — *Punica rel.* zu 21, 4, 9; *omnes,* was c. 7, 5 berichtigt wird.

7, 1—3. *inter paucas,* so viel als in primis; nicht vor L.; *memorata* = memorabilis, 23, 44, 4, nach Analogie von invictus. Der Jahrestag der Schlacht ist nach Ovid. Fast. 6, 765 der 23. Juni, in Wirklichkeit zwei Monate früher. — *quindecim,* wie auch Polyb angiebt, der aufserdem nicht nur von den 6000 von Maharbal zur Waffenstreckung Gezwungenen, sondern im ganzen von 15000 Gefangenen spricht und den punischen Verlust auf 1500 Mann beziffert. — *decem:* wären die 10000 Versprengten, von denen Pol. nichts weifs, durchaus sicher, so wäre die Niederlage nicht viel gröfser gewesen als die an der Trebia, 21, 56, 2. — *multiplex,* nicht zur zwei- und dreimal, sondern auch um die Hälfte oder einen ähnlichen Bruchteil gröfser. — *utr. facta,* wonach die Verluste nicht

quod nihil auctum ex vano velim, quo nimis inclinant ferme
scribentium animi, Fabium aequalem temporibus huiusce belli
potissimum auctorem habui. Hannibal captivorum, qui Latini 5
nominis essent, sine pretio dimissis, Romanis in vincula datis,
segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum
cum sepeliri iussisset, Flamini quoque corpus funeris causa
magna cum cura inquisitum non invenit.

Romae ad primum nuntium cladis eius cum ingenti terrore 6
ac tumultu concursus in forum populi est factus. matronae 7
vagae per vias, quae repens clades adlata quaeve fortuna exer-
citus esset, obvios percunctantur. et cum frequentis contionis
modo turba in comitium et curiam versa magistratus vocaret,
tandem haut multo ante solis occasum M. Pomponius praetor 8
„pugna“ inquit „magna victi sumus“; et quamquam nihil certius
ex eo auditum est, tamen alius ab alio inpleti rumoribus
domos referunt consulem cum magna parte copiarum caesum,
superesse paucos aut fuga passim per Etruriam sparsos aut 9
captos ab hoste. quot casus exercitus victi fuerant, tot in 10
curas distracti animi eorum erant, quorum propinqui sub

nur der Römer, sondern auch der Punier höher angegeben waren; *traditur* schliefst Zweifel an der Wahrheit in sich.

4. 5. *auctum*, wohl mit Anspielung auf Valerius Antias, 30, 19, 11. — *scribentium* zu 21, 57, 14 und zu scriptor 21, 1, 1. — *temporibus* gehört wie 8, 40, 5 blofs zu aequalem, nicht auch zu auctorem habui, wie man oft sagt aequalis aetati alcs statt aequ. alicui; weshalb die Zitation des Fabius nur für die Frage des Verlustes gilt, nicht für den zweiten punischen Krieg überhaupt. — *dimissis*, weil Hann. Rom zuerst isolieren wollte, c. 13, 2. 58, 2; ebenso die an der Trebia Gefangenen, Pol. 3, 77, 7. — *sepeliri*, während nach Polyb Hann. nur etwa 30 der Vornehmsten bestatten liefs. — *non invenit*. Flam. erscheint nach dem Willen der Götter als des Begräbnisses unwürdig, weil er gegen sie gefrevelt, Plut. Fab. 3, wogegen Marcellus 27, 28, 1 durch Hann. dieser Ehre teilhaftig wird. Der Zug fehlt bei Polyb; Ähnliches Polyän. 6, 38, 1.

7, 6—9, 6. Eindruck der Niederlage in Rom; Centenius; Hannibals Marsch nach Apulien: meist nach römischen Quellen.

6—9. *Romae:* die folgende Schilderung ist mehr malerisch als historisch genau. — *repens*, Adjektiv = repentina, wie c. 8, 1. 21, 6. 21, 26, 1 r. tumultus; das gleichlautende Adverb ist dichterisch und das analoge recens = recenter wird nur mit Partic. Perf. verbunden, 2, 22, 4. — *contionis modo . . . versa*, Pol. *οἱ προεστῶτες τοῦ πολιτεύματος συναθροίσαντες τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν*. — *solis occ.* Die bei Pol. fehlende Zeitbestimmung verstärkt den Eindruck, den die Nachricht auf die Gemüter der angstvoll Harrenden machen mufste. — *praetor*, näml. peregrinus, da der urbanus dieses Jahres M. Aemilius war, c. 33, 8; die im J. 227 eingesetzten zwei weiteren Prätoren waren für Sicilien und Sardinien bestimmt, c. 25, 6. — *victi*, Pol. *λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ*.

10—12. *casus* bezieht sich nicht blofs auf die verschiedenen Schicksale der Toten, Verwundeten, Gefangenen, Flüchtigen, sondern auch auf die verschiedenen Arten des Todes, c. 6, 7. — *distracti* bezeich-

C. Flaminio consule meruerant, ignorantium, quae cuiusque
suorum fortuna esset; nec quisquam satis certum habet, quid
11 aut speret aut timeat. postero ac deinceps aliquot diebus ad
portas maior prope mulierum quam virorum multitudo stetit,
aut suorum aliquem aut nuntios de iis opperiens; circumfun-
debanturque obviis sciscitantes, neque avelli, utique ab notis,
12 priusquam ordine omnia inquisissent, poterant. inde varios
vultus digredientium ab nuntiis cerneres, ut cuique laeta aut
tristia nuntiabantur, gratulantisque aut consolantis redeuntibus
domos circumfusos; feminarum praecipue et gaudia insignia
13 erant et luctus. unam in ipsa porta sospiti filio repente ob-
latam in conplexu eius expirasse ferunt; alteram, cui mors filii
falso nuntiata erat, maestam sedentem domi ad primum con-
14 spectum redeuntis [filii] gaudio nimio exanimatam. senatum
praetores per dies aliquot ab orto usque ad occidentem solem
in curia retinent, consultantes, quonam duce aut quibus copiis
resisti victoribus Poenis posset.

8 Priusquam satis certa consilia essent, repens alia nuntiatur clades, quattuor milia equitum cum C. Centenio propraetore missa ad conlegam ab Servilio consule in Umbria, quo post pugnam ad Trasumennum auditam averterant iter, ab Hannibale circumventa.

net schärfer die Zerrissenheit der Gemüter als dispertiti; die älteste Handschrift corrupt dispraeti. — *deinceps* vertritt ein Particip oder ein temporales Adjektiv, wie 21, 8, 5 ein lokales, vgl. τῷ ἑξῆς ἔτει u. ä. — *obviis* substantiviert; zu 21, 46, 2. — *cerneres,* 33, 48, 11. 42, 30, 1, der Coni. potentialis der Vergangenheit häufig bei discerneres mit Negation, 21, 4, 3; vgl. c. 46, 4 crederes. — *nuntiabantur.* L. setzt also voraus, dafs die zurückkehrenden Flüchtlinge diejenigen, über die man sie befragte, nicht nur gekannt, sondern auch über ihr Schicksal Bescheid zu geben gewufst haben. — *gaudia.* 'Äufserungen der Freude'.

13. 14. *ferunt,* weil L. die Verantwortlichkeit für die bei Polyb fehlende Nachricht nicht übernehmen mag. — *alteram:* dieser zweite Fall soll nach Plinius Naturgesch. 7, 53, 180 nach der Schlacht von Cannä vorgekommen sein. — *praetores,* der urbanus und der peregrinus (zu § 8), sowie der ursprünglich für Sicilien bestimmte T. Otacilius, c. 10, 10. 23, 21, 2.

8, 1. *consilia,* mit Rückbeziehung auf c. 7, 14 consultantes. — *quattuor m.* Die für ein Consularheer von zwei Legionen starke Kavalleriemasse erklärt sich aus 21, 47, 1, und weil gerade Servilius zur Deckung der via Flaminia mehr Reiterei brauchte als Flaminius zur Verteidigung der Appenninübergänge; vgl. zu c. 3, 8. — *propraetore,* Nepos Hann. 4, 3 bezeichnet ihn irrtümlich als Prätor (zu 7, 14); *missa,* auf der Flaminischen Strafse, welche von Fulginii aus eine Verbindung mit Etrurien hatte: über den Operationsplan zu c. 3, 6. — *auditam,* nachdrücklicher als ad famam, 21, 41, 3. 61, 4, welches Substantiv zudem gleich folgt; zu 21, 49, 3. — *av. iter,* wie c. 9, 3; sonst in der Bedeutung von 'desertieren', 21, 23, 4. — *circumventa.* Nach einer andern, bei Nepos, Appian und Zonaras erhaltenen Version befehligte Centenius 8000 Mann von Rom aus geschickter Reserven (Verwechslung mit 22, 57, 11?), und

eius rei fama varie homines adfecit: pars occupatis maiore 2
aegritudine animis levem ex conparatione priorum ducere re-
centem equitum iacturam; pars non id, quod acciderat, per se 3
aestimare, sed, ut in adfecto corpore quamvis levis causa magis
quam *in* valido gravior sentiretur, ita tum aegrae et adfectae 4
civitati quodcumque adversi inciderit, non rerum magnitudine
sed viribus extenuatis, quae nihil, quod adgravaret, pati possent,
aestimandum esse. itaque ad remedium iam diu neque desi- 5
deratum nec adhibitum, dictatorem dicendum, civitas confugit.
et quia et consul aberat, a quo uno dici posse videbatur, nec
per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuntium
aut litteras mitti, nec dictatorem praetor creare poterat, quod 6
numquam ante eam diem factum erat, dictatorem populus creavit
Q. Fabium Maximum et magistrum equitum M. Minucium Ru-
fum; hisque negotium ab senatu datum, ut muros turresque 7
urbis firmarent et praesidia disponerent quibus locis videretur,
pontesque rescinderent fluminum: pro urbe ac penatibus dimi-
candum esse, quando Italiam tueri nequissent.

sollte dem Hann. in Umbrien beim plestinischen Sumpfe den Weg nach Rom verlegen.

2—4. *varie adfecit,* hier von der Wirkung auf die Stimmung, wie § 3 und 21, 39, 2 von der auf den Körper. — *aestimare etc.* Vgl. die Rede des Fabius bei Dio Cass. frg. 57, 10: *εἰ καὶ τὸ βραχύτατον πταίσειεν, ἐν παντὶ κακοῦ, οὐ πρὸς τὸν ἀριθμὸν τῶν τότε ἀποθανόντων, ἀλλὰ πρὸς τὸ μέγεθος τῶν πρὶν παθημάτων γενήσεσθαι ἐλογίζετο· τοῖς μὲν γὰρ ἀκεραίοις πράγμασι καὶ τὰ δεινότατα ῥαδίως πολλάκις τοὺς ἀνθρώπους ὑφίστασθαι, τοὺς δὲ προκεκμηκότας καὶ τὰ βραχύτατα κακοῦν ἔλεγεν.* — *in valido,* die in den Hdschr. ausgefallene Präposition ist im zweiten Gliede mit quam nicht wohl zu entbehren, c. 15, 1. 60, 13. 21, 5, 3. — *rerum,* weil quodcumque auf verschiedene Unglücksfälle hinweist. — *extenuatis,* stärker als attenuatis viribus 25, 11, 3. 31, 49, 6.

5—7. *iam diu,* seit einem Menschenalter. — *dictatorem,* näml. rei gerundae oder interregni causa, nicht zur Leitung von Wahlen, was in den letzten Jahren mehrfach vorgekommen war. — *Italiam,* das Land, so weit es für die Verbindung von Rom mit den von Ariminum in südlicher Richtung vorrückenden Servilius in Frage kam. — *praetor.* Es ist wohl der pr. urb. verstanden, der als des Consuls Ersatzmann (c. 9, 11. 33, 9. Cic. ad Attic. 9, 15, 3. Plut. Marc. 24, 9) im Notfalle am ehesten hätte in Frage kommen können. — *dictatorem.* Dafs Fabius Dictator, nicht Prodictator, wie Liv. c. 31, 8 ff. nachträglich annimmt, Minucius nicht promagister equitum, vielmehr später koordinierter Dictator war (c. 25, 10 ff.), geht aus der zu c. 25, 11 citierten Inschrift hervor: zu quaesitus c. 14, 9. — *Fabium M.* der durch seine konservative Politik die Kriegserklärung verzögert, dieselbe dann aber auch persönlich in Carthago abgegeben hatte, 21, 18, 3. — *pro urbe:* die Römer konnten nicht begreifen, warum Hann. nicht auf Rom marschierte und glaubten daher seinen Marsch nach Apulien der Huld eines Gottes zu verdanken, Appian. Hann. 12 *θεοῦ παραγαγόντος αὐτόν*; der wahre Grund zu dimissis c. 7, 5. — *u. ac penatibus,* wie 30, 42, 19, sonst patria oder domus ac pen. — *quando,* in der kausalen Bedeutung oft durch quidem verstärkt.

9 Hannibal recto itinere per Umbriam usque ad Spoletium
2 venit. inde cum perpopulato agro urbem oppugnare adortus
esset, cum magna caede suorum repulsus, coniectans ex unius
coloniae haut [minus] prospere temptatae viribus, quanta moles
3 Romanae urbis esset, in agrum Picenum avertit iter, non copia
solum omnis generis frugum abundantem, sed refertum praeda,
4 quam effuse avidi atque egentes rapiebant. ibi per dies aliquot
stativa habita, refectusque miles hibernis itineribus ac palustri
via proelioque magis ad eventum secundo quam levi aut facili
5 adfectus. ubi satis quietis datum praeda ac populationibus
magis quam otio aut requie gaudentibus, profectus Praetutia-
num Hadrianum agrum, Marsos inde Marrucinosque et Pae-
lignos devastat circaque Arpos et Luceriam proximam Apuliae
6 regionem. Cn. Servilius consul levibus proeliis cum Gallis factis
et uno oppido ignobili expugnato postquam de conlegae exer-
citusque caede audivit, iam moenibus patriae metuens, ne ab-
esset in discrimine extremo, ad urbem iter intendit.
7 Q. Fabius Maximus dictator iterum quo die magistratum

9, 1—3. *recto it.* in der Richtung auf Rom; denn nachdem Hann. die Straſse über Clusium verlassen, war der kürzeste Weg, den auch heutzutage die Eisenbahn nimmt, über Spoleto. — *Spoletium,* wie L. durchgehends schreibt; die Anlegung der Kolonie Liv. Per. 20. — *perpopulato:* die sich immer wiederholende Klage wegen der gründlichen Verwüstung des Landes reimt sich nicht recht mit der Absicht, Spol. zu belagern; vgl. § 3 egentes und zu 21, 7, 4. Cic. Phil. 5, 9, 25: vastationes, caedes, rapinas non faciebat Hannibal, quia multa ad usum reservabat. — *opp. adortus* stehende Verbindung, 24, 41, 8. 28, 3, 6. — *unius,* die andern Städte hatten sich ihm ergeben, Zonaras 8, 25. — *haut* [*minus*] *pr.* Minus ist kaum echt, da man eher parum erwartet, wie 7, 4, 6. 29, 2, 9; haud pr. dagegen häufige Verbindung 6, 30, 9, verstärkt haud satis pr. 1, 32, 2. 8, 8, 11. — *moles,* von einer schwierigen Aufgabe wie 25, 11, 17; Virg. Aen. 1, 33 tantae molis erat Romanam condere gentem. — *Rom. urbis,* ungewöhnl. Wortstellung, 5, 36, 6; zu c. 49, 10. — *ag. Picenum,* wie 23, 14, 3, bei Cicero ager Picens; am häufigsten Picenum als Subst. — *om. generis,* als von frugum abhängig diesem vorangestellt; zu 21, 12, 8.

4—6. *stativa,* bei welcher Gelegenheit Hann. sein afrikanisches Fuſsvolk, welches er am meisten schonte, mit römischen Waffen versah und im Gebrauche derselben einexercierte, c. 46, 4; auch knüpfte er, an das Meer gelangt, die Verbindung mit Carthago wieder an, Pol. 3, 87, 3. 4. — *hibernis it.* mit Bezug auf die Unternehmungen gegen Emporium und Victumulä 21, 57, 5 ff. nam. aber den verfrühten Versuch des Appenninüberganges, 21, 58. — *Marsos,* weil der Name der Landschaft fehlt; zu 21, 5, 5. — *Apuliae,* Genetiv. — *Servilius,* den L. seit c. 2, 1 vergessen, war nach Ariminum abgerückt um dem Hann. ein Vordringen auf der via Flaminia zu verwehren, aber sicher auf die erste Kunde von dem Einfall in Etrurien aufgebrochen, um seine Verbindung mit Flaminius herzustellen, c. 8, 1. Pol. 3, 86. — *Gallis,* welche das römische Joch abzuschütteln suchten, Zon. 8, 25; *uno,* wie 21, 39, 4, der Bedeutung näher dem unbestimmten Artikel als dem Zahlworte.

9, 7—12. Dictatur des Fabius; religiöse und militärische Maſsregeln.

iniit vocato senatu, ab diis orsus, cum edocuisset patres plus
neglegentia caerimoniarum auspiciorum*que quam* temeritate at-
que inscitia peccatum a C. Flaminio consule esse, quaeque
piacula irae deum essent ipsos deos consulendos esse, pervicit, 8
ut, quod non ferme decernitur, nisi cum tetra prodigia nun-
tiata sunt, decemviri libros Sibyllinos adire iuberentur. qui
inspectis fatalibus libris rettulerunt patribus, quod eius belli 9
causa votum Marti foret, id non rite factum de integro atque
amplius faciundum esse, et Iovi ludos magnos et aedes Veneri 10
Erucinae ac Menti vovendas esse, et supplicationem lectister-
niumque habendum, et ver sacrum vovendum, si bellatum pro-
spere esset resque publica in eodem, quo ante bellum fuisset,
statu permansisset. senatus, quoniam Fabium belli cura occu- 11
patura esset, M. Aemilium praetorem ex conlegii pontificum
sententia, omnia ea ut mature fiant, curare iubet. His senatus **10**
consultis perfectis L. Cornelius Lentulus pontifex maximus con-
sulente conlegium praetore omnium primum populum consu-
lendum de vere sacro censet: iniussu populi voveri non posse.
rogatus in haec verba populus: „velitis iubeatisne haec sic 2

7. 8. *Q. Fabius,* dessen Verdienste natürlich Fabius Pictor in das hellste Licht stellte und nach ihm vielfach auch Ennius (Liv, 30, 26, 9) und Coelius, wogegen Polyb, der Freund der Scipionen, 3, 90, 13 seine Thaten kürzer und kühler behandelt und die Rettung Roms wesentlich aus dem festen Gefüge der Verfassung und der Treue der Bundesgenossen erklärt: daher stimmen c. 9—18 gar nicht mit Polyb, mit Ausnahme der Kriegslist, c. 16. 17. — *iterum,* erstmals im J. 221 comit. hab. c. — *ab diis,* wie überhaupt die religiösen Traktanden den politischen vorangingen, Gell. 14, 7, 9. — *caerimoniarum,* über welche der nach Delphi gesandte Fabius Pictor und der streng religiöse Coelius gewifs ausführlich berichteten, während Polyb dafür gar keinen Sinn hat. — *deum,* die Genetivform oft in Verbindung mit ira, benignitate u. ä. 26, 41, 6. 40, 37, 2. — *prodigia,* c. 1, 16.

9—11. *votum:* in dem Berichte der städtischen Angelegenheiten des J. 218 ist nur allgemein von Gelübden des Prätors Atilius die Rede, 21, 62, 10; vgl. auch das rückständige Gelübde c. 33, 7. — *ludos magnos,* auch maximi und Romani, von Tarquinius Priscus zu Ehren von Juppiter, Juno und Minerva gestiftet, 1, 35, 7, später von den aediles plebis veranstaltet, 6, 42, 13, mehrtägig und im Circus abgehalten. — *Erucinae,* deren berühmter Tempel auf dem Berge Eryx stand; sie wird hier vielleicht ausgezeichnet, weil der Verlust von Sicilien auf dem Spiele stand. — *Menti etc.,* vgl. Ovid. Fast. 6, 245 Menti vota senatus suscipit, insofern die Decemvirn im Auftrage des Senates handelten, und zu c. 10, 10. — *ver sacrum.* Diese altitalische Sitte vertritt die Stelle eines Menschenopfers, da aufser der Tötung der im Frühlinge zur Welt gekommenen Tiere (c. 10, 3) auch die im gleichen Zeitraume geborenen Knaben und Mädchen ihr bürgerliches Leben einbüfsen, d. h. nach erreichter Mannbarkeit auswandern müssen. Paul. Diac. p. 379. — *in eodem quo:* L. sagt sowohl in eodem statu esse, stare 42, 28, 8 als auch ohne Präposition 21, 62, 10. 30, 2, 8 und 27, 11; *status* bezieht sich zunächst auf die Ausdehnung der Herrschaft. — *praetorem,* urbanum nach c. 33, 8.

10, 1—3. *velitis iubeatis,* zwei-

fieri? si res publica populi Romani Quiritium ad quinquennium
proximum, sicut velim eam salvam, servata erit hisce duellis,
quod duellum populo Romano cum Carthaginiensi est, quaeque
duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt, tum donum duit
3 populus Romanus Quiritium: quod ver adtulerit ex suillo ovillo
caprino bovillo grege, quaeque profana erunt, Iovi fieri, ex qua
4 die senatus populusque iusserit. qui faciet, quando volet quaque
lege volet, facito; quo modo faxit, probe factum esto. si id mori-
5 tur, quod fieri oportebit, profanum esto, neque scelus esto. si quis
rumpet occidetve insciens, ne fraus esto. si quis clepsit, ne po-
6 pulo scelus esto, neve cui cleptum erit. si atro die faxit insciens,
probe factum esto. si nocte sive luce, si servus sive liber
faxit, probe factum esto. si antidea, ac senatus populusque
7 iusserit fieri, faxitur, eo populus solutus liber esto". eiusdem
rei causa ludi magni voti aeris trecentis triginta tribus milibus
trecentis triginta tribus triente, praeterea bubus Iovi trecentis,
8 multis aliis divis bubus albis atque ceteris hostiis. votis rite

gliedriges Asyndeton des alten Curialstiles 21, 17, 4; vgl. Juppiter optimus maxumus, forte fortuna und zu 21, 63, 9; *ne*, weil der Satz von einem Verbum rogandi abhängig ist. — *sicut etc.* hergestellt auf Grund der Redensart rem p. salvam velle c. 50, 9. 53, 7. 34, 25, 9. S. krit. Anhang. — *quod duellum:* die durch die Wiederholung des Subst. verdeutlichte Anknüpfung des Relativsatzes hat sich namentlich in gewissen Formeln auch in der klassischen Prosa erhalten, 21, 17, 4. Cic. Catil. 3, 10, 25 in hoc bello, quale bellum nulla barbaria gessit, quo in bello etc.; vgl. zu quo die 21, 5, 1. — *tum,* im Nachsatze der Bedingung, wie 36, 2, 4: si duellum . . . confectum erit, tum tibi Iuppiter . . . dona dabuntur. — *duit,* Präs. Conj. von dare, 10, 19, 17. — *profana*, was nicht schon einem Gotte geweiht ist. — *fieri,* wie aus dem beigefügten Dativ erhellt, und ebenso im folgenden *facere* = sacrificare, ἔρδειν, ῥέζειν. — *ex qua die,* und ad quam diem, nach 34, 44, 3 vom 1. März bis zum letzten April.

4—6. *lege, νόμῳ*, ritu; auch im folg. *probe* = rite, recte. — *faxit,* Fut. ex von facio, so auch in einer Gebetsformel 36, 2, 5. — *neque* = et ne. — *rumpet,* juristischer Ausdruck von Verwundungen jeglicher Art. — *fraus:* Cic. de leg. 3, 4, 11 quid turbassitur in agendo. fraus actoris esto. — *clepsit,* Fut. ex. des archaischen clepere, *κλέπτειν*, — *atro die,* an welchem wichtigere religiöse oder politische Akte nicht vorgenommen werden durften; solche waren z. B. alle Tage postridie calendas, nonas, idus nach Gellius 5, 17, 1. — *si nocte,* statt sive. — *antidea,* archaisch wie postidea, antidhac, von einer Form antid = ante, vgl. reditus, seditio von red, sed und ire; die Verbindung mit *ac* analog den Ausdrücken der Gleichheit und Ungleichheit. Die archaische Latinität zeigt deutlich, daſs L. diese Urkunde nicht aus Fabius, welcher griechisch schrieb, sondern aus Coelius entnommen hat. — *faxitur,* Fut. ex. pass.

7. 8. *trecentis etc.* Über die Heiligkeit der Dreizahl vgl. die Prophezeihung bei Virg. Aen. 1, 265 ff., nach welcher Aeneas 3 Jahre, Julus 30 regieren und die Herrschaft in Alba longa 300 Jahre lang bestehen wird, zusammen 333 Jahre bis auf die Gründung von Rom; und zu *triduum* c. 1, 15. — *aeris,* ergänze assium, und zwar schwere Asse, nicht nach der Reduktion des Münzfuſses im J. 217; Plinius Naturgesch. 33, 3, 45 und zu 21, 41,

nuncupatis supplicatio edicta; supplicatumque iere cum con-
iugibus ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium
etiam, quos in aliqua sua fortuna publica quoque contingebat
cura. tum lectisternium per triduum habitum decemviris sa- 9
crorum curantibus. sex pulvinaria in conspectu fuerunt: Iovi
ac Iunoni unum, alterum Neptuno ac Minervae, tertium Marti
ac Veneri, quartum Apollini ac Dianae, quintum Vulcano ac
Vestae, sextum Mercurio et Cereri. tum aedes votae: Veneri 10
Erucinae aedem Q. Fabius Maximus dictator vovit, quia ita ex
fatalibus libris editum erat, ut is voveret, cuius maximum
imperium in civitate esset; Menti aedem T. Otacilius praetor
vovit.

Ita rebus divinis peractis tum de bello deque re publica 11
dictator rettulit, quibus quotve legionibus victori hosti obviam
eundum esse patres censerent. decretum, ut ab Cn. Servilio 2
consule exercitum acciperet; scriberet praeterea ex civibus so-
ciisque quantum equitum ac peditum videretur; cetera omnia
ageret faceretque ut e re publica duceret. Fabius duas legiones 3
se adiecturum ad Servilianum exercitum dixit. iis per magi-
strum equitum scriptis Tibur diem ad conveniendum edixit. edi- 4
ctoque proposito, ut, quibus oppida castellaque inmunita es-
sent, ut ii commigrarent in loca tuta; ex agris quoque demi-
grarent omnes regionis eius, qua iturus Hannibal esset, tectis
prius incensis ac frugibus corruptis, ne cuius rei copia esset, 5

6. — *edicta,* der offizielle Ausdruck von den Verordnungen des Prätors, indicta 21, 62, 9. — *publica* = rei p.

9. 10. *Iovi,* der Dativ von einem zu ergänzenden strata abhängig; Minerva sonst als dritte capitolinische Gottheit mit dem ersten Paare vereinigt, hier nach griechischer Auffassung mit Poseidon verbunden; Mars und Venus, zusammengestellt wie Ares und Aphrodite; Apollo und Diana 5, 13, 6, mit ihrer Mutter Latona an einem pulvinar vereinigt; das folgende Paar die Gottheiten des Feuers, das letzte Handel und Ackerbau, alle sechs der Kreis der 12 olympischen Götter. — *vovit,* eingeweiht wurden beide Tempel im J. 215 nach 23, 31, 9. Vgl. zu *Menti* c. 9, 10.

11, 1—3. *peractis,* nicht 'im Senate vollständig behandelt', sondern 'ausgeführt', wenigstens die Gelübde, vgl. mature c. 9, 11. — *tum,* jetzt erst. — *deque re p.* 23, 3, 6. 31, 5, 4 de re publica deque bello und ebendaselbst de re p. deque provinciis. — *quotve,* viell. quotque. — *exercitum,* zwei Legionen nebst der Hälfte der Überreste der Armee des J. 218. — *equitum,* mit Nachdruck vorangestellt, weil die Legionen des Servilius ihre starke Reiterei verloren hatten. — *duas,* als Ersatz für die des Flaminius, so dafs die Feldarmee wieder auf vier Legionen verstärkt wurde; die Angabe des Pol. 3, 88, 7, es seien vier neue Legionen gebildet worden, ist so zu erklären, dafs zwei als Besatzung in Rom und zum Dienste auf der Flotte zurückblieben: § 9.

4—6. *ut . . . ut ii,* die Konjunktion nach dem Zwischensatze wiederholt wie 5, 21, 15. 23, 7, 6. 37, 50, 6; vgl. ut . . . ne 21, 49, 8. — *inmunita* negativ nach dem Vorgange Ovids; bei Cicero von immunio. — *corruptis,* ein in der Darstellung des Fabius Pictor überall hervortretender Grundsatz des Dictators,

ipse via Flaminia profectus obviam consuli exercituque cum ad Tiberim circa Ocriculum prospexisset agmen consulemque cum equitibus ad se progredientem, viatorem misit qui consuli nun-
6 tiaret, ut sine lictoribus ad dictatorem veniret. qui cum dicto paruisset congressusque eorum ingentem speciem dictaturae apud cives sociosque vetustate iam prope oblitos eius imperii fecisset, litterae ab urbe adlatae sunt, naves onerarias commeatum ob Ostia in Hispaniam ad exercitum portantes a classe
7 Punica circa portum Cosanum captas esse. itaque extemplo consul Ostiam proficisci iussus, navibusque, quae ad urbem Romanam aut Ostiae essent, conpletis milite ac navalibus sociis
8 persequi hostium classem ac litora Italiae tutari. magna vis hominum conscripta Romae erat; libertini etiam, quibus liberi
9 essent et aetas militaris, in verba iuraverant. ex hoc urbano exercitu qui minores quinque et triginta annis erant in navis inpositi, alii ut urbi praesiderent relicti.

12 Dictator exercitu consulis accepto a Fulvio Flacco legato per agrum Sabinum Tibur, quo diem ad conveniendum edixerat
2 novis militibus, venit. inde Praeneste ac transversis limitibus in viam Latinam est egressus, unde itineribus summa cum cura exploratis ad hostem ducit, nullo loco, nisi quantum

den weder von Gallien noch von Carthago aus verproviantierten Hannibal durch Abschneidung der Lebensmittel zu besiegen: Appian, Hann. 13, 17. Zonar 8, 24. 25. 26. — *Ocriculum;* nach Polyb erfolgte die Vereinigung in Daunien, was eine Verwechslung damit zu sein scheint, dafs die römischen Truppen zuerst bei Aecae (Pol. 3, 88, 9; bei Arpi Liv. 22, 12, 3) sich Hannibal gegenüber lagerten. — *viatorem*, unter welcher Bezeichnung sonst städtische Waibel verstanden werden, während man hier eher den Lictor erwartet. — *sine lictoribus:* eine ähnliche Scene zwischen Fabius Vater und Sohn bei Plut. apophth. Fab. 7. — *vetustate,* zu c. 8, 5. — *exercitum,* die zwei Legionen, welche unter dem Befehle des Cn. Scipio, des Bruders des Consuls von 218 standen, 21, 60. — *Cosanum,* benannt nach der Stadt Cosa oder Cossa, welche halbwegs zwischen Ostia und dem Hafen von Pisa liegt, 30, 39, 1: die Fahrt ging der Küste entlang über Pisa, Massilia, Emporium.

7—9. *ad urbem,* weil mit der Aushebung der Truppen für 217 auch 60 Fünfruderer ausgerüstet worden waren, Pol. 3, 75, 4; *Romanam,* wie c. 9, 2 und oft bei L. — *libertini etc.* hier nur vorübergehend und wohl nur als Ruderer verwendet, da nach Pol. 120 Fünfruderer bemannt wurden, bleibend erst 89 v. Chr. (Liv. Per. 74) der Ehre des Kriegsdienstes gewürdigt; die Mafsregel wird damit motiviert, dafs deren Söhne als ingenui auch in die tribus rusticae eingereiht waren. — *aetas mil.* von der Anlegung der toga virilis bis zum 46sten Lebensjahre, 25, 5, 7. — *praesiderent* = praesidio essent oder praesidium agerent, 23, 32, 2.

12, 1—3. *a legato,* weil der Consul (c. 11, 7) bereits nach Ostia abgegangen ist, 21, 39, 3; sonst auch per legatum. — *diem,* wie c. 11, 3. 23, 35, 5. — *tr. limitibus,* auf Seitenwegen, wie 2, 39, 3 im Gegensatze zu den Kunststrafsen, viae. — *egressus,* aus den am Gebirge gelegenen Städten Tibur und Präneste auf die Landstrafse, wo er gewärtigen mufste, dafs Hann. ihm entgegenzog. — *s. cum cura,* c. 3, 2,

necessitas cogeret, fortunae se commissurus. quo primum die 3
haud procul Arpis in conspectu hostium posuit castra, nulla mora
facta, quin Poenus educeret in aciem copiamque pugnandi fa-
ceret. sed ubi quieta omnia apud hostes nec castra ullo tu- 4
multu mota videt, increpans quidem, victos tandem [quos]
Martios animos Romanis, debellatumque et concessum propa-
lam de virtute ac gloria esse, in castra rediit; ceterum tacita 5
cura animum incessit, quod cum duce haudquaquam Flaminii
Semproniique simili futura sibi res esset, ac tum demum edocti
malis Romani parem Hannibali ducem quaesissent. et pruden- 6
tiam quidem novi dictatoris extemplo timuit: constantiam haud-
dum expertus agitare ac temptare animum movendo crebro
castra populandoque in oculis eius agros sociorum coepit; et 7
modo citato agmine ex conspectu abibat, modo repente in
aliquo flexu viae, si excipere degressum in aequom posset, oc-
cultus subsistebat. Fabius per loca alta agmen ducebat mo- 8
dico ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum neque con-
grederetur. castris, nisi quantum usus necessarii cogerent,
tenebatur miles; pabulum et ligna nec pauci petebant nec
passim; equitum levisque armaturae statio, conposita instructa- 9
que in subitos tumultus, et suo militi tuta omnia et infesta
effusis hostium populatoribus praebebat; neque universo peri- 10
culo summa rerum committebatur, et parva momenta levium

ebenso bei Cicero; bei Curtius, Seneca, Plinius auch summa cura. — *Arpis,* c. 9, 5: nach Pol. c. 88, 9 bei Aecae, welches er etwa über Benevent erreicht haben müfste.

4. 5. *Martios,* wie 38, 17, 18 vobis, Martiis viris. — *ceterum* und *quidem* § 4 entsprechen sich, wie tacita und increpans; *incessit,* wie 29, 3, 9 maestitia animos incessit, 23, 38, 5; incensus, wie früher geschrieben wurde, ergiebt eine unlivianische Konstruktion, da erst bei Tac. Ann. 6, 43 adlevatur animum vorkommt, und es zudem accensus heifsen müfste. — *Flaminii,* der Genetiv von innerer, geistiger Ähnlichkeit, c. 39, 1. 60, 18. 21, 54, 3; der Dativ von äufserer 26, 50, 13 venisse dis simillimum iuvenem. — *edocti,* gewitzigt, cladibus 29, 18, 6. 30, 37, 1: zu 21, 34, 2. — *parem* verrät die Fabianische Darstellung, welche den Dictator neben oder über Hannibal setzte.

6. 7. *prudentiam,* im Gegensatz zu der temeritas des Minucius, § 12. c. 29, 1, und überhaupt den ungerecht beurteilten Führern der Volkspartei Sempronius, Flaminius, Terentius Varro; ähnlich stellt Diodor 26, 3, 3 D. (nach Fabius) die ἀγχίνοια des Fabius der ἀφροσύνη des Minucius gegenüber. — *hauddum,* Livianisch für nondum. — *flexu,* entsprechend der Verbindung flectere iter; *excipere,* wie feram venabulo, weil der bergab marschierende Fabius die Bewegung nicht mehr leicht einstellen kann. — *occultus,* durch Gebüsch oder Gehölz.

8—10. *Fabius* bedarf keines adversativen at oder sed, weil durch loca alta der Gegensatz zu in aequom genügend ausgedrückt ist. — *usus,* nam. die aquatio und frumentatio; der Plural wie 5, 47, 8. 33, 47, 2. — *ligna,* Brennholz im Gegensatz zu materia Bauholz. — *statio,* welche vor dem Lager aufgestellt ist, c. 45, 3. 27, 18, 1. — *universo per.* wie c. 32, 2. 23, 16, 4 signum universae pugnae, Entscheidungsschlacht, 7, 11, 1; *momenta,* hier

certaminum ex tuto coeptorum finitimo receptu adsuefaciebant
territum pristinis cladibus militem minus iam tandem aut vir-
11 tutis aut fortunae paenitere suae. sed non Hannibalem magis
infestum tam sanis consiliis habebat quam magistrum equitum,
qui nihil aliud, quam quod inpar erat imperio, morae ad rem
12 publicam praecipitandam habebat. ferox rapidusque consiliis
ac lingua inmodicus primo inter paucos, dein propalam in
vulgus pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, adfingens
vicina virtutibus vitia, conpellabat, premendoque superiorem,
quae pessima ars nimis prosperis multorum successibus crevit,
sese extollebat.

13 Hannibal ex Hirpinis in Samnium transit, Beneventanum
depopulatur agrum, Telesiam urbem capit; inritat etiam de
industria ducem, si forte, accensum tot indignitatibus *ac* cladi-
2 bus sociorum detrahere ad aecum certamen possit. inter mul-
titudinem sociorum Italici generis, qui ad Trasumennum capti
ab Hannibale dimissique fuerant, tres Campani equites erant,
multis iam tum inlecti donis promissisque Hannibalis ad con-
3 ciliandos popularium animos. hi nuntiantes, si in Campaniam
exercitum admovisset, Capuae potiendae copiam fore, cum res
maior quam auctores esset, dubium Hannibalem alternisque
fidentem ac diffidentem tamen, ut Campanos ex Samnio peteret,

Erfolge, da erst das Übergewicht des Vorteiles auf der einen Seite die Wagschale sinken (movimenta) macht. — *finitimo* deutet auf eine gröfsere Entfernung vom Lager, als wenn L. propinquo geschrieben hätte.

11. 12. *non magis quam*, nicht nur gleichstellend, sondern mit Übergewicht des zweiten Gliedes, daher umzukehren: der verständige Operationsplan fand an dem Reiterobersten einen nicht minder gefährlichen (oder noch gefährlicheren) Gegner als an Hannibal. — *consiliis*, zu c. 3, 2. — *lingua inmodicus*, wie Tac. Hist. 3, 53; bei Sallust animi inm. und erst bei Tac. Ann. 15, 23 laetitiae inm. — *cauto tim.* die stehenden Gegensätze c. 14, 14. 39, 20, so auch in dem Spruche: timidus vocat se cautum, parcum sordidus. — *crevit:* Liv. denkt wohl an das Verfahren des Marius gegen Metellus, Sall. Iug. 64, 5; wegen *premendo* vgl. c. 59, 10.

13—15. Hannibals Zug nach Campanien, unabhängig von Polyb.

1. *ex Hirpinis:* Hann. der nach der Schlacht am trasimennischen See im Bogen um Rom herummarschiert ist, um ihm seine Hülfsquellen abzuschneiden, hat von Arpi aus (c. 12, 3), Süditalien einstweilen aufser Acht lassend, den Appennin überschritten und dringt auf der via Appia gegen Rom vor; *transit* scheint anzudeuten, dafs sich L. die Hirpiner östlich vom Appennin sefshaft oder doch als nicht zu den Samniten gehörig gedacht habe. — *ducem*, viell. dictatorem, weil man den Zusatz von Romanum, oder im vorhergehenden eine Erwähnung der römischen Soldaten erwartet, zu denen ducem den Gegensatz bilden könnte. — *cladibus*, oft von Verwüstung und Plünderung. — *aecum cert.* in der Ebene, daher detrahere.

2—4. *dimissi*, c. 7, 5. — *auctores:* Hann. wünschte statt der drei Zeugen mehrere, und statt der blofsen Ritter auch principes. — *alternis*, näml. vicibus, abwechselnd; aber auch mit Ergänzung von diebus c. 41, 3; *fidentem*, näml. dictis.

moverunt. monitos [ut] etiam atque etiam promissa rebus ad- 4
firmarent, iussosque cum pluribus et aliquibus principum redire
ad se dimisit. ipse imperat duci, ut se in agrum Casinatem 5
ducat, edoctus a peritis regionum, si eum saltum occupasset,
exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusurum. sed 6
Punicum abhorrens ab Latinorum nominum *pronuntiatione os*
Casilinum pro Casino dux ut acciperet fecit; aversusque ab suo
itinere per Callifanum Allifanumque et Calenum agrum in
campum Stellatem descendit. ubi cum montibus fluminibusque 7
clausam regionem circumspexisset, vocatum ducem percuncta-
tur, ubi terrarum esset. cum is Casilini eo die mansurum eum 8
dixisset, tum demum cognitus est error, et Casinum longe inde
alia regione esse; virgisque caeso duce et ad reliquorum terrorem 9
in crucem sublato, castris communitis, Maharbalem cum equiti-
bus in agrum Falernum praedatum dimisit. usque ad aquas Sinu- 10
essanas populatio ea pervenit. ingentem cladem, fugam tamen
terroremque latius Numidae fecerunt: nec tamen is terror, cum 11
omnia bello flagrarent, fide socios dimovit, videlicet quia iusto

— *moverunt:* nach Pol. 3, 90, 11. 91, 10 wird Hann. durch andere Erwägungen geleitet, *πεπεισμένος ἢ μάχεσθαι τοὺς πολεμίους ἀναγκάσειν, ἢ πᾶσι δῆλον ποιήσειν ὅτι κρατεῖ τῶν ὅλων, καὶ . . . τὰς πόλεις ὁρμήσειν πρὸς τὴν ἀπὸ Ῥωμαίων ἀπόστασιν.* — *etiam a. e.* gewöhnlich mit monere, 29, 24, 3, considerare, curare, reputare u. ä. verbunden, kann nicht in den Nebensatz gehören, weshalb *ut* entweder zu streichen (21, 49, 6) oder vor promissa zu versetzen ist. — *aliquibus*, dagegen 26, 15, 3 cum aliquis sociorum.

5—8. *duci,* einem Wegweiser, wegen § 9; 21, 27, 4. — *ag. Casinatem,* wo er die via Latina sperren konnte, während freilich den Römern die Verbindung mit Campanien auf der via Appia offen blieb. — *edoctus,* oft von Dingen, die man nicht wissen und nur von andern erfahren kann, 21, 27, 4 und 32, 10, verschieden von docere, eine ungenügende oder unrichtige Vorstellung verbessern. — *exitum,* um nach Campanien zu gelangen, dem Sinne nach nicht verschieden von aditum. — *suo it.* vom rechten Wege. — *c. Stellatem,* 9, 44, 5 als zum ager Campanus gehörig bezeichnet, nördlich vom Volturnus. — *circumspexisset*, circumspiciendo vidisset, 37, 41, 4; sonst gewöhnlich, wie auch circumspectare = ängstlich sich nach etwas umsehen, c. 15, 2 locum hibernis, 29, 3 fugam, 5, 6, 2 recessum, 21, 39, 5 defectionis tempus, ib. 53, 11. — *mansurum,* übernachten, nam. in der Konversationssprache gebräuchlich, im Dialoge 3, 45, 7 und oft in Ciceros Briefen, ad Attic. 16, 10; daher mansio, frz. maison, eigentlich Nachtquartier.

9—11. *reliquorum,* die also gar nicht befragt worden wären; auch ist § 5 und 7 nur von einem die Rede: Plut. Fab. 6 *τοὺς ὁδηγούς.* — *ag. Falernum,* der sich nördlich von dem ager Stellas ausdehnt, berühmt durch seinen vorzüglichen Wein. — *aquas Sin.* berühmte Heilquellen; nach dieser Angabe müfste die punische Reiterei den mons Massicus überschritten haben. — *populatio,* nach vorausgehendem praedatum, weil praedatio von L. und ältern Autoren nicht gebraucht und umgekehrt das Supinum populatum (vgl. zu c. 21, 3) selten angewendet wird. — *latius*; die Leute flohen, auch wo die Numidier nicht hinkamen. — *videlicet*, offenbar, hier nicht ironisch, wie 21, 63, 10; ähn-

et moderato regebantur imperio, nec abnuebant, quod unum
vinculum fidei est, melioribus parere.

14 Ut vero, *post*quam ad Vulturnum flumen castra sunt posita,
exurebatur amoenissimus Italiae ager villaeque passim incendiis
fumabant per iuga Massici montis Fabio ducente, tum prope
2 de integro seditio accensa; quieverant enim per paucos dies,
quia, cum celerius solito ductum agmen esset, festinari ad
3 prohibendam populationibus Campaniam crediderant. ut vero
in extrema iuga Massici montis ventum, et hostes sub oculis
erant Falerni agri colonorumque Sinuessae tecta urentes, nec
4 ulla erat mentio pugnae, „spectatum huc" inquit Minucius „*ut*
ad rem fruendam oculis, sociorum caedes et incendia, venimus?
nec, si nullius alterius nos, ne civium quidem horum pudet,
5 quos Sinuessam colonos patres nostri miserunt, ut ab Samnite
hoste tuta haec ora esset, quam nunc non vicinus Samnis urit,
sed Poenus advena, ab extremis orbis terrarum terminis nostra
6 cunctatione et socordia iam huc progressus? tantum pro! de-
generamus a patribus nostris, ut praeter quam nuper oram illi
[suam] Punicas vagari classes dedecus esse imperii sui duxe-
rint, eam nunc plenam hostium Numidarumque ac Maurorum
7 iam factam videamus? qui modo Saguntum oppugnari indi-
gnando non homines tantum sed foedera et deos ciebamus, scan-

lich spricht auch Pol. 3, 90, 14 von der καταξίωσις παρὰ τοῖς συμμάχοις τοῦ Ῥωμαίων πολιτεύματος. — *melioribus par.* ein mehr rhetorischer und idealistischer als historisch richtiger Satz, da Capua sehr zurückgesetzt war; c. 29, 8 und zu c. 61, 11.

14, 1—3. *exurebatur,* fortwährend, zu 21, 28, 4. — *Massici,* wobei unerklärt bleibt, wie Hannibals Truppen zugleich westlich (Sinuessa) und östlich von demselben brandschatzen; die Darstellung des Zuges und Rückmarsches leidet aber auch an andern geographischen Unklarheiten und Irrtümern. — *sed. accensa,* wie 2, 29, 8 discordia und oft proelium, pugna, certamen 21, 59, 8. 27, 32, 5; daneben die persönliche Konstruktion accendi odio, ira, spe u. ä. c. 13, 1, weshalb andere lesen seditione accensi; *de integro*, mit Beziehung auf c. 12, 12. — *ut vero,* als nun aber gar erst, 21, 7, 10, hier abgeschwächt, weil die Wendung schon § 1 gebraucht ist. — *extrema*, zunächst dem Meere, oder gegen die Ebene.

4—7. *inquit:* die Zuhörer werden erst nachträglich § 15 genannt. — *caedes,* rhetorisch übertreibend, da die Einwohner flohen, c. 13, § 1. 9. 10; doch ist darum nicht clades zu ändern. — *nullius alt.* 21, 13, 3. — *patres,* genauer maiores, da die Kolonie vor achtzig Jahren gegründet worden war, 10, 21, 8. — *Samnite* adjektivisch wie § 12, dagegen gleich nachher *Samnis* Subst. und *advena* Adjektiv, entsprechend vicinus; zu 21, 30, 8. — *extremis* kann auf den Aufbruch Hannibals von Gades bezogen werden, 21, 21, 9 und 30, 4. — *nostra,* nicht Fabii, weil der Republikaner für alles mitverantwortlich ist. — *pro,* als Interjektion oft mit Vokativ pro Juppiter, oder mit Accusativ, pro deum fidem. — *degeneramus,* weil die Entartung bis auf die Zeit, in welcher der Redner spricht, fortdauert und noch nicht abgeschlossen ist. — *ciebamus,* wie 5, 14, 2 non homines modo, sed deos etiam ex-

dentem moenia Romanae coloniae Hannibalem laeti spectamus.
fumus ex incendiis villarum agrorumque in oculos atque ora 8
venit; strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, saepius
nos quam deorum invocantium opem: nos hic pecorum modo
per aestivos saltus deviasque callis exercitum ducimus conditi
nubibus silvisque. si hoc modo peragrando cacumina saltusque 9
M. Furius recipere a Gallis urbem voluisset, quo hic novus
Camillus, nobis dictator unicus in rebus adfectis quaesitus,
Italiam ab Hannibale recuperare parat, Gallorum Roma esset,
quam vereor ne sic cunctantibus nobis Hannibali ac Poenis 10
totiens servaverint maiores nostri. sed vir ac vere Romanus, 11
quo die dictatorem eum ex auctoritate patrum iussuque populi
dictum Veios adlatum est, cum esset satis altum Ianiculum, ubi
sedens prospectaret hostem, descendit in aecum atque illo ipso
die media in urbe [quae nunc busta Gallica sunt] et postero
die citra Gabios cecidit Gallorum legiones. quid? post multos 12
annos cum ad Furculas Caudinas ab Samnite hoste sub iugum
missi sumus, utrum tandem L. Papirius Cursor iuga Samnii
perlustrando an Luceriam premendo obsidendoque et lacessendo
victorem hostem depulsum ab Romanis cervicibus iugum superbo Samniti inposuit? modo C. Lutatio quae alia res quam 13
celeritas victoriam dedit, quod postero die quam hostem vidit,

ciebant. — *coloniae,* von Sinuessa. — *laeti,* entspr. fruendam § 4 und daher vielleicht als Frage zu fassen; andere *lenti.*

8—10. *oculos atque ora*, gewöhnlich in umgekehrter Stellung c. 5, 4. 44, 38, 9. — *saepius nos:* der strengere Gegensatz wäre nostram. — *nos hic,* und wir, Cic. Arch. § 17. 19; *pecorum modo,* ein nach dem Geschmake der Alten nicht anstöfsiges, schon von Sallust gebrauchtes Bild, Catil. 58, 21; *callis* bei L. durchweg Femin. 31, 42, 8; *nubibus*, vgl. c. 30, 10. — *nobis,* von uns, da nach c. 8, 6 das Volk den Dictator gewählt hat, aber zugleich auch zu unserem Wohle, so schon bei Cic. offic. 3, 9 honesta bonis viris quaeruntur, Seneca Dial. 1, 3, 10 Maecenati somnus quaeritur, Tac. Ann. 13, 42 sibi labore quaesitam pecuniam und oft. — *unicus,* im Gegensatz zu den 2 Consuln c. 27, 3, aber auch mit ironischer Nebenbedeutung, dafs der Dictator nicht seinesgleichen habe. In der Vulgärsprache sank unus zum unbestimmten Artikel herab (zu c. 9, 6) und unicus trat an die Stelle des Zahlwortes: zu 21, 11, 12.

11. 12. *vir etc.* vgl. 7, 13, 9 ut viris ac Romanis dignum sit. — *desc. in aecum* ist in Bezug auf Fabius gesagt, der sich auf den Höhen hielt, während Camillus den Janiculus nicht verteidigt hatte; übrigens ist die Bedeutung der Präposition in den Redensarten desc. in forum, arenam abgeschwächt. — *busta Gall.* 5, 48, 3. Varro de ling. lat. 5, 157: locus ad busta Gallica, quod Roma recuperata Gallorum ossa ibi consepta. — *quid?* energischer als die Form der Erzählung und der demonstratio; der Übergang ist zugleich eine Steigerung, weil das Beispiel zeitlich und räumlich näher liegt, weshalb auch das neueste § 13 die dritte Stelle einnimmt: 'noch mehr'. — *tandem,* hat denn in aller Welt u. s. w.

13—15. *modo,* § 7 = vor zwei Jahren, wie nuper ein relativer Begriff, zumal hier die beiden vorangehenden Beispiele die Jahre 390 und 320 v. Chr. betreffen. — *victoriam,* in der Schlacht bei den äga-

classem gravem commeatibus, inpeditam suomet ipsam instru-
14 mento atque adparatu, oppresit? stultitia est sedendo aut votis debellari credere posse: arma capias oportet et descendas in aecum et vir cum viro congrediaris. audendo atque agendo res Romana crevit, non his segnibus consiliis, quae timidi cauta
15 vocant.“ haec velut contionanti Minucio circumfundebatur tribunorum equitumque Romanorum multitudo, et ad aures quoque militum dicta ferocia evolvebantur; ac, si militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant Minucium Fabio ducem praelaturos.

15 Fabius pariter in suos haud minus quam in hostis intentus, prius ab illis invictum animum praestat. quamquam probe scit non in castris modo suis sed iam etiam Romae infamem suam cunctationem esse, obstinatus tamen tenore eodem con-
2 siliorum aestatis reliquom extraxit, ut Hannibal destitutus ab spe summa ope petiti certaminis iam hibernis locum circumspectaret, quia ea regio praesentis erat copiae, non perpetuae, arbusta vineaeque et consita omnia magis amoenis quam ne-
3 cessariis fructibus. haec per exploratores relata Fabio. cum satis sciret per easdem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, rediturum, Calliculam montem et Casilinum occupat
4 modicis praesidiis, quae urbs Vulturno flumine dirempta Fa-

tischen Inseln im J. 241. — *sedendo,* wohl mit Anspielung auf das Sprüchwort bei Varro de re rust. 1, 2, 2: Romanus sedendo vincit; *votis,* wie auch Flaminius als irreligiös geschildert wird im Gegensatze zu der Frömmigkeit des Fabius, oben § 8, c. 5, 2 und zu 7, 5. — *audendo atque ag.* c. 53, 7, auch in umgekehrter Stellung 25, 16, 19; *tim. cauta* c. 12, 12. — *tribunorum:* nach Pol. 3, 92, 4 ist nicht Minucius der persönliche Gegner des Fabius, sondern allgemeine Ansicht der Chiliarchen und Taxiarchen *δεὶν συνάπτειν εἰς τὰ πεδία καὶ μὴ περιορᾶν τὴν ἐπιφανεστάτην χώραν δῃουμένην*; *equitum,* nicht schlechtweg die Reiterdienst Thuenden, sondern mit Rücksicht auf den ordo equester. — *evolvebantur,* aus den engeren Kreisen in weitere; *mil. suffragii,* wie bei den Carthagern, zu 21, 3, 1.

15, 1. 2. *pariter,* nicht temporal, sondern modal wie 23, 28, 3 iuxta intentus, 24, 20, 13. 27, 40, 1 consules profecti in duo pariter bella distenderant curas; Sall. Jug. 88, 2 suorum et hostium res pariter adtendere; *haud minus q.* verbindet nur suos und hostis: übrigens stört die Breite des Ausdruckes. — *in suos,* wie 2, 33, 6 in oppidanos intentus, 29, 33, 1 in se. — *invictum animum pr.* jemanden gegenüber seine unabhängige Stellung behaupten, c. 26, 7. — *probe scit,* 29, 17, 1 und oft, synonym § 3 satis, nam. im negativen Satze, c. 22, 9 und zu 21, 26, 4; *iam etiam,* bereits auch, weil in der Zwischenzeit sich das Gerede aus dem Lager nach Rom verbreitet hatte. — *pr. copiae,* Hülfsmittel, Verpflegung für den Augenblik; *magis,* weil necessarius keinen Komparativ bildet; *amoenis fr.* mit Bezug auf den Obstbau, *necessariis,* Getreide.

3. 4. *Calliculam*, wahrscheinlich Deminutiv von callis, da gerade die Berge Campaniens calles genannt wurden, Tac. Ann. 4, 27. — *Casilinum,* berühmt durch die hartnäckige Verteidigung im J. 216, 23, 17—19; *modicis,* ausreichend, zu 21, 61, 4. — *dirempta* geht von der Anschauung aus, dafs der Verkehr der

lernum a Campano agro dividit; ipse iugis isdem exercitum reducit misso exploratum cum quadringentis equitibus sociorum
L. Hostilio Mancino. qui, ex turba iuvenum audientium saepe 5
ferociter contionantem magistrum equitum, progressus primo exploratoris modo, ut ex tuto specularetur hostem, ubi vagos passim per vicos Numidas *prospexit*, per occasionem etiam paucos occidit, extemplo occupatus certamine est animus, excide- 6
runtque pracepta dictatoris, qui, quantum tuto posset, progressum prius recipere sese iusserat, quam in conspectum hostium veniret. Numidae alii atque alii occursantes refugien- 7
tesque ad castra prope ipsa cum fatigatione equorum atque hominum pertraxere. inde Carthalo, penes quem summa eque- 8
stris imperii erat, concitatis equis invectus, cum prius, quam ad coniectum teli veniret, avertisset hostis, quinque ferme milia continenti cursu secutus est fugientis. Mancinus, postquam nec 9
hostem desistere sequi nec spem vidit effugiendi esse, cohortatus suos in proelium rediit omni parte virium inpar. itaque 10
ipse et delecti equitum circumventi occiduntur; ceteri effuso [rursus] cursu Cales primum, inde prope inviis callibus ad dictatorem perfugerunt.

Eo forte die Minucius se coniunxerat Fabio, missus ad 11
firmandum praesidio saltum, qui super Tarracinam in artas coactus fauces inminet mari, ne ab Sinuessa Poenus Appiae limite pervenire in agrum Romanum posset. coniunctis exer- 12
citibus dictator ac magister equitum castra in viam deferunt, qua Hannibal ducturus erat. duo inde milia hostes aberant.
Postero die Poeni, quod viae inter bina castra erat, agmine 16
conplevere. cum Romani sub ipso constitissent vallo haud

beiden Stadtteile durch den Fluſs gehemmt werde, 42, 39, 3. — *exploratum:* von diesem Rekognoscierungsgefechte hat Pol. nichts berichtet; *quadringentis,* eine schwache ala.

5—7. *prospexit,* weil sich Mancinus anfänglich in einiger Entfernung hielt; *vidit,* wie gewöhnlich ergänzt wird, drückt diesen Begriff nicht aus und bildet mit occidit einen unangenehmen Reim. — *ipsa,* fast bis unmittelbar, hart an das Lager, c. 45, 3. 25, 34, 4 ut ipsis obequitaret castris, 37, 42, 6; *pertrahere* 21, 54, 4.

8—10. *inde,* vom Lager aus; oder temporal = deinde. — *avertisset,* näml. in fugam, c. 19, 11. — *omni p.* weil nach § 7 Rosse und Reiter erschöpft waren und Carthalo wohl auch numerisch überlegen war. — *delecti eq.* werden hier als eine Art Garde gedacht; zu c. 6, 2 und zu 49, 1.

15, 11—18. Hannibal bei Casilinum eingeschlossen; Rückmarsch nach Apulien: mit Benützung von Polyb 3, 92—94, namentlich in der Schilderung der Kriegslist c. 16, 6 ff.

11. *saltum:* die Besetzung des Passes von Lautulä (7, 39, 7) stimmt mit der Anschauung, daſs ein Teil der punischen Truppen über den Massicus nach Sinuessa vorgedrungen war; zu c. 14, 1. — *ab Sinuessa:* über Minturnä. — *exercitibus:* ein eigenes Heer erhält Minucius erst c. 27, 10, und auch Pol. 3, 92, 4 weiſs nichts von einer Trennung der Streitkräfte. — *duo,* eine ungewöhnlich nahe Distanz zu 21, 45, 3.

dubie aequiore loco, successit tamen Poenus cum expeditis equitibusque ad lacessendum hostem. carptim Poeni et procursando recipiendoque sese pugnavere; restitit suo loco Ro-
3 mana acies. lenta pugna et ex dictatoris magis quam Hannibalis fuit voluntate. ducenti ab Romanis, octingenti hostium
4 cecidere. inclusus inde videri Hannibal via ad Casilinum obsessa, cum Capua et Samnium et tantum ab tergo divitum sociorum Romanis commeatus subveheret, Poenus inter Formiana saxa ac Literni arenas stagnaque et per horridas silvas hibernaturus esset. nec Hannibalem fefellit suis se artibus peti.
5 itaque cum per Casilinum evadere non posset, petendique montes et iugum Calliculae superandum esset, necubi Romanus
6 inclusum vallibus agmen adgrederetur, ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostem commentus, principio
7 noctis furtim succedere ad montes statuit. fallacis consilii talis apparatus fuit: faces undique ex agris conlectae fascesque virgarum atque aridi sarmenti praeligantur cornibus boum, quos domitos indomitosque multos inter ceteram agrestem praedam agebat. ad duo milia ferme boum effecta, Hasdrubalique ne-

16, 1—3. *aequiore* erklärt sich aus Polyb und Appian Hann. 14, nach welchen Fabius sein Lager auf einem Hügel aufgeschlagen hatte. — *expeditis,* gewöhnlich durch pedites oder milites verdeutlicht, 25, 21, 3. 30, 9, 1, die Schützen und Schleuderer, welche in dem coupierten Terrain die passendste Verwendung fanden; doch wird das Adjektiv auch von den Reitern gebraucht, c. 2, 4. 55, 4. — *Poeni;* die Wiederholung desselben Subst. mit verändertem Numerus kommt auch sonst vor; *procursando etc.* wie die Numidier kämpfen, Sall. Jug. 50. — *suo loco,* nicht nur in der bisherigen, sondern auch in einer für sie günstigen Position. — *ab Romanis;* 27, 14, 3 sinistra ala ab Romanis in prima acie pugnabat.

4—6. *incl. videri,* was in Wirklichkeit nicht der Fall war, da die Strafse von Suessula auf Caudium nicht verlegt war (Pol. 3, 91, 8); die Fabianische Darstellung auch bei Appian Hann. 14 *οὐ γὰρ εἶχε διέξοδον, ἀλλὰ πάντα ἦν ἀπόκρημνα.* — *commeatus,* zu corruptis c. 11, 4. — *Formiana s.* setzt voraus, dafs Hann. nicht auf die Ostseite des Massicus beschränkt gewesen sei, zu c. 14, 1. — *stagnaque*, eng mit Lit. ar. zu verbinden, daher nicht die Sümpfe von Minturnä, sondern die von Liternum. — *per horridas s.* indem er dieselben als Lagerplatz benützt, wogegen mit inter nur die Grenzen, innerhalb deren er sich bewegen kann, angegeben werden; wahrscheinlich denkt L. an den in der Kaiserzeit als unsicher verrufenen Fichtenwald nördlich von Cumä, die silva Gallinaria, Cic. epist. 9, 23. — *lud. oculorum*, 24, 44, 8.

7. 8. *consilii:* eine ähnliche List hatten die Spanier gegen Hamilcar angewendet, Frontin 2, 4, 17. Appian Ib. 5. — *fasces . . . sarmenti,* wie Front. 1, 5, 28 fasciculos sarmentorum, ähnlich Nepos, Liv. Per. Quintilian 2, 17, 19 und Polyb, Polyän, Appian, Zonaras, welche unter *λαμπάδες* und *δᾷδες* eben diese Reisbündel verstehen: wie man dagegen faces auf den Feldern sammelte, ist unklar, 6, 10, 4. — *indomitos,* unter 3 bis 4 Jahren, Varro de re rust. 1, 20, daher iuvenci bei Nepos; bei Plut. App. Zon. sind es Kühe. — *Hasdrubali,* als dem Chef

gotium datum, ut nocte id armentum accensis cornibus ad montis ageret, maxime, si posset, super saltus ab hoste insessos.

17 Primis tenebris silentio mota castra; boves aliquanto ante signa acti. ubi ad radices montium viasque angustas ventum est, signum extemplo datur, ut accensis cornibus armenta in 2
adversos concitentur montis. et metus ipse relucentis flammae a capite calorque iam ad vivom ad imaque cornua veniens velut stimulatos furore agebat boves. quo repente discursu haud secus quam silvis montibusque accensis omnia circa vir- 3
gulta ardere; capitumque inrita quassatio excitans flammam hominum passim discurentium speciem praebebat. qui ad transitum saltus insidendum locati erant, ubi in summis montibus 4
ac super se quosdam ignes conspexere, circumventos se esse rati praesidio excessere; qua minime densae micabant flammae, velut tutissimum iter petentes summa montium iuga, tamen in quosdam boves palatos a suis gregibus inciderunt. et primo cum procul cernerent, veluti flammas spirantium miraculo adtoniti consisterunt; deinde ut humana apparuit fraus, tum vero 5
insidias rati esse, cum maiore tumultu concitant se in fugam. 6
levi quoque armaturae hostium incurrere; ceterum nox aequato timore neutros pugnam incipientis ad lucem tenuit. interea toto agmine Hannibal transducto per saltum et quibusdam in ipso 7
saltu hostium oppressis in agro Allifano posuit castra.

des Verpflegungswesens; Pol. τὸν ἐπὶ τῶν λειτουργιῶν τεταγμένον. — *id armentum* fällt auf, da es nach c. 17, 2. 4 mehrere Herden waren; auch *acc. cornibus* stört, da dies erst später geschah, c. 17, 2.

17, 1—3. *acc. cornibus,* kühne Hypallage statt acc. in corn. facibus; bei Sil. Ital. 7, 333 gar accensa immittere silvis armenta. — *ad imaque,* weil adque vermieden wird, 5, 19, 2. 37, 31, 7 ad traiciendasque. Cic. epist. 12, 17 ad teque, Nepos 10, 4. 14, 7, 1 ad regemque, Tac. Hist. 3, 50 ad omniaque. — *virgulta,* die c. 16, 7 von den faces unterschiedenen virgae, welche erst jetzt durch die Bewegung (21, 8, 12) in Brand geraten, 28, 22, 6 fasces virgultorum, Sil. Ital. 7, 352, Front. ipso motu adolescente flamma: die Angabe, der Wald habe wirklich gebrannt (Plut. Zon.), dürfte auf einem Mifsverständnisse von ὕλη beruhen. Wird dagegen, wie gewöhnlich, virgulta auf die Vegetation des Berges bezogen, so wird visa ardere vorgeschlagen, wie 3, 5, 14. Curt. 3, 8, 18 omnia velut continenti incendia ardere visa. — *quassatio,* um die Bürde abzuschütteln.

4—7. *locati*, nach Pol. und Appian 4000 Mann; c. 15, 4. — *praesidio,* der Posten, 21, 57, 8. — *flammas spirantium,* das Particip substantiviert, feuerspeiende Tiere wie Drachen; ein bestimmtes Substantiv ist absichtlich vermieden, wie 21, 62, 5; *adtoniti,* oft mit miraculo verbunden, auch mit religione; 5, 14, 5 und 46, 3. — *levi armaturae,* welche die Bedeckung der Ochsentreiber bildete, λογχοφόροι Pol. 3, 93, 9; *incurrere,* alicui und öfter in alqm, alqd gewöhnlich über e. herfallen, angreifen, 28, 15, 3, hier von unabsichtlicher Begegnung wegen des folg. timor, um mit incidere § 4 abzuwechseln. Derselbe Doppelsinn bei occurrere. — *tenuit,* utrosque ita t. ut proelium non inciperent. — *Allifano c.* 13,

18 Hunc tumultum sensit Fabius: ceterum et insidias esse ratus et ab nocturno utique abhorrens certamine suos muni-
2 mentis tenuit. luce prima sub iugo montis proelium fuit, quo interclusam ab suis levem armaturam facile — etenim numero aliquantum praestabant — Romani superassent, nisi Hispanorum cohors ad id ipsum remissa ab Hannibale supervenisset.
3 ea adsuetior montibus et ad concursandum inter saxa rupesque aptior ac levior cum velocitate corporum tum armorum habitu campestrem hostem, gravem armis statariumque, pugnae genere
4 facile elusit. ita haudquaquam pari certamine digressi, Hispani fere omnes incolumes, Romani aliquot suis amissis in castra contenderunt.
5 Fabius quoque movit castra, transgressusque saltum super
6 Allifas loco alto ac munito consedit. tum per Samnium Romam se petere simulans Hannibal usque in Paelignos populabundus rediit; Fabius medius inter hostium agmen urbemque Romam
7 iugis ducebat, nec absistens nec congrediens. ex Paelignis Poenus flexit iter retroque Apuliam repetens Gereonium pervenit, urbem metu, quia conlapsa ruinis pars moenium erat, ab suis desertam; dictator in Larinate agro castra communiit.
8 inde sacrorum causa Romam revocatus, non imperio modo sed consilio etiam ac prope precibus agens cum magistro equitum, ut plus consilio quam fortunae confidat, et se potius
9 ducem quam Sempronium Flaminiumque imitetur: ne nihil

6; wonach Hann. auf dem nämlichen Wege zurückmarschiert, auf dem er gekommen, c. 15, 3.

18, 1—4. *etenim,* die verstärkte Form um das folgende schärfer abzutrennen, weil unter suis die Punier, unter praestabant die Römer verstanden sind. — *aliquantum,* mit praestare, eminere u. ä. verbunden, 5, 36, 4. 6. 42, 52, 10; doch auch multo pr., während bei den Komparativen der Ablativ vorzuziehen ist. — *Hispanorum,* vielleicht Celtiberer, zu 21, 57, 5. — *supervenisset,* wie 28, 33, 5 nisi equites supervenissent, 34, 29, 10, und auch subvenire ähnlich gebraucht wird, 31, 30, 9. 33, 5, 2. — *statarium,* 9, 19, 8 von den macedonischen Phalangiten gebraucht und durch ordines servans erklärt, im Gegensatze zu der Beweglichkeit der leichten Truppen; *elusit,* zu 21, 50, 2. — *aliquot,* nach Pol. 3, 94, 6 gegen tausend Mann.

5—7. *movit. c.* weist auf c. 17 Ende posuit castra zurück. — *super All.* mit consedit zu verbinden; *munito,* durch die Natur 2, 7, 6, im Gegensatz zu opere, moenibus, arte mun.; anders § 7 castra communiit, weil der Dictator sich für längere Zeit von dem Heere entfernt. — *absistens,* gewöhnlich etwas zu thun aufhören, 21, 6, 8. 29, 33, 8, hier wie 27, 42, 17 nunquam vestigiis hostis abstiterat, synonym c. 3, 10 e manibus emittere: *ab eo* ist nicht beigefügt, weil die Person zu congrediens in anderer Form hätte wiederholt werden müssen. — *Gereonium,* im Gebiete der Frentaner südlich von Larinum, bei Pol. Γερούνιον, wo Hann. in einem festen Lager überwinterte; *desertam,* abweichend von Pol. 3, 100, 3, nach welchem Hann. die Stadt nach kurzer Belagerung eroberte, c. 23, 9.

8—10. *agens,* oft mit vi und precibus verbunden, zeugmatisch auch auf imperio zu beziehen, 24, 32, 5.

actum censeret extracta prope aestate per ludificationem hostis;
medicos quoque plus interdum quiete quam movendo atque
agendo proficere; haud parvam rem esse ab totiens victore
hoste vinci desisse ac respirasse ab continuis cladibus — haec
nequiquam praemonito magistro equitum Romam est profectus.
Principio aestatis, qua haec gerebantur, in Hispania **19**
quoque terra marique coeptum bellum est. Hasdrubal ad eum 2
navium numerum, quem a fratre instructum paratumque acce-
perat, decem adiectis quadraginta navium classem Himilconi 3
tradit, atque ita Carthagine profectus navis prope terram,
exercitum in litore ducebat paratus confligere, quacumque
parte copiarum hostis occurrisset. Cn. Scipio postquam movisse 4
ex hibernis hostem audivit, primo idem consilii fuit; deinde
minus terra propter ingentem famam novorum auxiliorum con-
currere ausus, delecto milite ad naves inposito quinque et
triginta navium classe ire obviam hosti pergit. altero ab 5
Tarracone die *ad* stationem decem milia passuum distantem
ab ostio Hiberi amnis pervenit. inde duae Massiliensium spe-

— *ludificationem*, vgl. zu eludere 21, 50, 2. — *quiete,* durch Aussetzen der Kur von seiten des Arztes; *movendo,* indem man die Natur zur Thätigkeit anspornt. — *vinci desisse;* c. 34, 8. 32, 7, 6 timeri desierat und oft; desitum mit Inf. pass. nur im Neutrum, 34, 41, 5. — *respirasse,* 2, 50, 10 resp. . . a pavore. — *est profectus.* Die Abreise des Fabius wird geschickt benützt, um die Darstellung der Ereignisse in Italien zu unterbrechen und den weitern Verlauf im Herbste 217 mit c. 23 wieder aufzunehmen: in gleicher Weise hat schon Polyb den Stoff gruppiert.

19—22. Kriegszüge in Spanien während des Sommers 217; frei nach Polyb 3, 95—99 mit Ausnahme von c. 20, 4—21, 8, welche aus römischer Quelle eingefügt sind, genau an der Stelle, wo auch Polyb die Darstellung der spanischen Ereignisse durch einen kurzen Bericht über Vorgänge in Carthago und Italien unterbricht.

1—3. *aestatis* zeigt, dafs der Feldzug in Spanien später fällt als der Einfall Hannibals in Etrurien (c. 1, 1 iam ver adpetebat); *haec,* die den spanischen gleichzeitigen Operationen des Fabius, welche etwa die vier ersten Sommermonate seines halbjährigen Imperiums füllen. — *numerum;* es waren 30 nach 21, 22, 4. — *ita,* nachdem er die eben erwähnten Mafsregeln getroffen; *Carthagine,* nämlich nova: wegen des blofsen Ablativs 23, 43, 6. 24, 12, 3. — *navis.* Navibus, wie gewöhnlich geschrieben wird, kann nicht zu profectus gehören, da Hasdrubal sich bei dem Landheere befand; vielmehr wäre aus ducebat der Begriff 'fahren' zu entnehmen. — *parte cop.* zu 21, 17, 8.

4—6. *Scipio*, nicht Scipioni, zu 21, 18, 3; *propter etc.*, der Grund fehlt bei Pol., 21, 61, 4. — *ad naves,* für den Schiffsdienst, mit delecto zu verbinden, Pol. τοὺς ἐπιτηδειοτάτους πρὸς τὴν ἐπιβατικὴν χρείαν; zu inposito ist in naves zu ergänzen. — *ire pergit* bezeichnet hier die prompte Ausführung des schnell gefafsten Entschlusses, daher gewöhnlich im praes. historicum, c. 53, 9. 21, 30, 1. 57, 9; der Begriff der fortgesetzten Bewegung liegt nicht immer in dem Worte und wird oft durch porro besonders ausgedrückt, 21, 22, 9. Vgl. das Homerische βῆ δ' ἴμεν, βῆ δὲ θέειν. — *Massiliensium,* zu 21, 25, 1; *speculatoriae*, nämlich

culatoriae praemissae rettulere classem Punicam stare in ostio
6 fluminis castraque in ripa posita. itaque ut inprovidos incau-
tosque universo simul effuso terrore opprimeret, sublatis an-
coris ad hostem vadit. multas et locis altis positas turris
Hispania habet, quibus et speculis et propugnaculis adversus
7 latrones utuntur. inde primo conspectis hostium navibus datum
signum Hasdrubali est, tumultusque prius in terra et castris
quam ad mare et ad naves est ortus, nondum aut pulsu re-
morum strepituque alio nautico exaudito aut aperientibus clas-
8 sem promunturiis, cum repente eques alius super alium ab
Hasdrubale missus vagos in litore quietosque in tentoriis suis,
nihil minus quam hostem aut proelium eo die expectantis,
conscendere naves propere atque arma capere iubet: classem
Romanam iam haud procul portu esse. haec equites dimissi
9 passim imperabant. mox Hasdrubal ipse cum omni exercitu
aderat, varioque omnia tumultu strepunt ruentibus in naves
simul remigibus militibusque fugientium magis e terra quam
10 in pugnam euntium modo. vixdum omnes conscenderant, cum
alii resolutis oris in ancoras evehuntur, alii, ne quid teneat,
ancoralia incidunt, raptimque omnia *ac* praepropere agendo
militum apparatu nautica ministeria inpediuntur, trepidatione
11 nautarum capere et aptare arma miles prohibetur. et iam
Romanus non adpropinquabat modo, sed derexerat etiam in
pugnam naves. itaque non ab hoste et proelio magis Poeni

naves, wie oneraria, liburnica, celox. — *vadit,* zu 21, 36, 3. — *turris etc.* fehlt bei Polyb; vgl. Plinius Naturgesch. 2, 181: multis hoc cognitum experimentis in Africa Hispaniaque turrium Hannibalis, in Asia vero propter piraticos terrores simili specularum excitato praesidio. Liv. 21, 49, 10. 25, 36, 13 und bell. Hisp. 8.

7—9. *primo,* vor dem Landheere. — *exaudito,* aus der Ferne, 5, 52, 11 caelestem vocem exauditam; *aperientibus,* kühner Ausdruck, da die Vorgebirge unbeweglich sind: anders c. 6, 9. — *eques etc.* Zusatz des L. mit *iubet* verbunden, weil der Singular durch die Apposition missus eine Stütze erhalten hat; *propere* in die Mitte gestellt, weil zu consc. naves und zu arma c. gehörig. — *procul,* in Prosa wohl nicht vor L. mit bloſsem Ablativ, 21, 7, 6, aber auch mit ab, 21, 21, 11. — *passim,* allenthalben, § 12, oft synonym mit longe lateque, nam. gern in Verbindung mit multi, totus u. ä. c. 12, 8. 30, 5, 7.

10—12. *oris,* mit welchen die Hinterteile der Schiffe am Ufer befestigt waren, eine aus der Redensart oram resolvere, d. h. das Tau vom Ufer ablösen, hervorgegangene Übertragung; Gegensatz *ancoralia,* 28, 36, 11, welche das Vorderteil mit dem Anker verbinden. — *in a. evehuntur,* auf die Anker losstürzen, um sie zu lösen, synonym ruere § 9, bezeichnet das Ungeregelte, Unüberlegte der Bewegung, da andere dieser Absicht durch das incidere zuvorgekommen sind; daher oft mit temere, incaute, inconsulte verbunden, c. 43, 1. 45, 3. 29, 34, 12. — *apparatu,* verbal se parare oder parari zum Kampfe, 21, 53, 7; paratus vermieden wie 21, 3, 4 miratio. — *aptare arma,* c. 5, 3. — *derexerat,* c. 43, 11. 45, 4, zu 21, 47, 8. — *non magis . . quam,* c. 12, 11; *turbati,* Curt. 7, 9, (36) 6 milites nautarum mini-

quam suomet ipsi tumultu turbati, temptata verius pugna
quam inita in fugam averterunt classem. et cum adversi 12
amnis os lato agmini et tum multis simul venientibus haud
sane intrabile esset, in litus passim naves egerunt, atque alii
vadis, alii sicco litore excepti, partim armati partim inermes
ad instructam per litus aciem suorum perfugere; duae tamen
primo concursu captae erant Punicae naves, quattuor suppressae.
Romani, quamquam terra hostium erat, armatamque aciem 20
toto praetentam in litore cernebant, haud cunctanter insecuti
trepidam hostium classem, navis omnis, quae non aut per- 2
fregerant proras litori inlisas aut carinas fixerant vadis, reli-
gatas puppibus in altum extraxere, ad quinque et viginti naves
e quadraginta cepere. neque id pulcherrimum eius victoriae 3
fuit, sed quod una levi pugna toto eius orae mari potiti erant.
itaque ad Onusam classe profecti; escensio ab navibus in terram 4
facta. cum urbem vi cepissent captamque diripuissent, Car-
thaginem inde petunt, atque omnem agrum circa depopulati 5
postremo tecta quoque iniuncta muro portisque incenderunt.
inde iam praeda gravis ad Longunticam pervenit classis, ubi 6
vis magna sparti *erat* ad rem nauticam congesta ab Hasdru-
bale. quod satis in usum fuit sublato ceterum omne incensum
est. nec continentis modo praelecta est ora, sed in Ebusum 7

steria turbaverant. — *suppressae,* rhetorische Übertreibung, da diese vier nach der Quelle (Polyb) blofs Ruderbänke und Mannschaft verloren.

20, 1—3. *toto in lit.*; so schon bei Cic. Verr. 4, 1, 1. 2 tota in Sicilia; 29, 14, 8 in t. civitate; *insecuti*, συνεγγίσαντες τῇ γῇ Pol. — *neque*, und . . noch nicht; *una levi*, nachdrücklicher una eaque levi, 26, 27, 5 entsprechend der Verbindung von multus mit einem Adjektiv; *e. orae mari,* das balearische. — *potiti erant.* L. hat diesen Gedanken, der bei Pol. der Angabe über die eroberten Schiffe vorangeht, an das Ende gestellt, weil er den Übergang zu den folgenden aus röm. Quelle zugesetzten Operationen bildet, welche eben den Beweis liefern, dafs die Römer das Meer vollkommen beherrschten.

dum igitur supplementum esse, mittendam in stipendium pe-
cuniam frumentumque tam bene meritis de nomine Punico
militibus.
6 Secundum haec dicta Magonis laetis omnibus Himilco, vir
factionis Barcinae, locum Hannonis increpandi esse ratus, „quid
est, Hanno?“ inquit, „etiam nunc paenitet belli suscepti adver-
7 sus Romanos? iube dedi Hannibalem; veta in tam prosperis

suram traditur. Flor. 1, 22, 18 hat *modii duo.* Von drei Scheffeln wissen: Val. Max., Plin. n. h. 33, 6, 20, Fronto p. 220 Nab., Tertull. apolog. 40, Eutr. 3, 11, Oros. 4, 16, Schol. Juven. 2, 155, August. civ. dei 3, 19. Dio redet sogar von drei attischen Medimnen (= 18 *modii*), vgl. Luc. dial. mort. 12 *τοὺς δακτυλίους μεδίμνοις ἀπομετρῆσαι.*

esset] Subjekt: *id* (die Menge der goldenen Ringe). — *primores*] „nur die vornehmsten“. Die Mitglieder der 18 von Servius Tullius eingerichteten Rittercenturien, welche gegen Empfang eines Staatsrosses ohne Sold dienten, trugen goldene Ringe; die übrigen Reiter, welche gegen Sold mit eigenen Pferden dienten, hatten eiserne Ringe.

3. *summa*] „der Hauptinhalt“. — *propius*] Als Subjekt ist Hannibal zu denken. Das Adverb *propius* (stets mit Acc.) wird nicht selten mit *esse* verbunden, wo man eine adjektivische Form (gewöhnlich mit Dat., § 2) erwartet: 21, 1, 2 *ut propius periculum fuerint, qui vicerunt.*

4. *frumenti, pecuniae*] Das zweigliedrige Asyndeton enumerativum hebt die Lebhaftigkeit der Rede u. findet sich besonders in Gegensätzen u. sinnverwandten Wörtern (vgl. zu Kap. 11, 10). — *acies*] „Feldschlachten“; in dieser Bedeutung ist der Plur. von *acies* selten.

delesse] Man erwartet *ut . . . delessent* als Nebensatz. Livius hat aber die Verbindung *ut . . . ita* so häufig, dafs er hier die eigentliche Bedeutung dieser Wörter nicht beachtet u. sie geradezu als beiordnende Konjunktionen („zwar . . . aber“) gebraucht, d. h. auch den ersten Teil als Hauptsatz behandelt (weswegen hinter *acies* kein Komma zu setzen ist): 2, 13, 8; 33, 45, 7.

5. *mittendum . . . mittendam*] Man beachte die rhetorische Voranstellung u. Wiederholung des wichtigsten Wortes, dazu den Chiasmus zu dem vorhergehenden Satze.

in stipendium] „für den Sold“ (Kap. 48, 4), vorangestelltes Attribut zu *pecuniam.* Vgl. 21, 9, 3 *ab Roma legatos,* 57, 11 *ad Placentiam praesidii,* 60, 5 *cis Hiberum provincia.*

frumentumque] Das Asyndeton (wie in § 4) war hier nicht zulässig; denn durch dasselbe würde *frumentum* dem einfachen *pecuniam* gegenübergestellt, so dafs *in stipendium* auch mit *frumentum* zu verbinden wäre. Auch wurde nicht *mittendum* wiederholt (st. *que*), weil der Schlufs *tam bene . . . militibus* auch zu *mittendam in st. pecuniam* gehört.

6. *quid est*] Redensart der Umgangssprache, „wie steht es nun?“ — *paenitet*] näml. *te;* „bedauern“, nicht „bereuen“, da Hanno vom Kriege abgeraten hatte.

7. *iube . . . veta*] stelle den Antrag, dafs . . . dafs nicht.

rebus grates deis immortalibus agi; audiamus Romanum sena-
torem in Carthaginiensium curia". tum Hanno: „tacuissem 8
hodie, patres conscripti, ne quid in communi omnium gaudio,
minus laetum quod esset vobis, loquerer: nunc interroganti 9
senatori, paeniteatne adhuc suscepti adversus Romanos belli,
si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar, quorum alterum
est hominis alienae libertatis obliti, alterum suae. respondeam, 10
inquit, Himilconi, non desisse paenitere me belli neque desi-
turum ante invictum vestrum imperatorem incusare, quam fini-
tum aliqua tolerabili condicione bellum videro; nec mihi pacis
antiquae desiderium ulla alia res quam pax nova finiet. ita- 11
que ista, quae modo Mago iactavit, Himilconi ceterisque Hanni-
balis satellitibus iam laeta sunt; mihi possunt laeta esse, quia
res bello bene gestae, si volumus fortuna uti, pacem nobis
aequiorem dabunt: nam si praetermittimus hoc tempus, quo 12
magis dare quam accipere possumus videri pacem, vereor, ne
haec quoque laetitia luxuriet nobis ac vana evadat. quae tamen 13
nunc quoque qualis est? 'occidi exercitus hostium; — mittite
milites mihi'. quid aliud rogares, si esses victus? 'hostium 14
cepi bina castra', praedae videlicet plena et commeatum; —
'frumentum et pecuniam date'. quid aliud, si spoliatus, si
exutus castris esses, peteres? et ne omnia ipse mirer — mihi 15
quoque enim, quoniam respondi Himilconi, interrogare ius fas-

8. *tum Hanno*] erg. *inquit*, welches oft bei Beginn einer direkten Rede fehlt (21, 10, 4).

9. *reticeam*] „nicht antworten", mit Dat., auch 3, 41, 3; ebenso *tacere* 42, 40, 10. — *superbus*] Vgl. 42, 40, 10 *quaerenti tibi superbius tacuissemus, quam vera respondimus;* Cic. Fam. 1, 10; Tusc. 1, 8, 17. — *obnoxius*] furchtsam, feig.

10. *respondeam*] „ich möchte antworten", näml. „wenn Him. mich anhören will" (vgl. 21, 18, 6; 22, 59, 13). — *inquit*] „fuhr er fort", eingeschoben, weil der Redner sich hier an Himilco wendet und die eigentliche Antwort beginnt (3, 19, 12). — *me*] nicht Objekt zu *paenitere*, sondern Subjekt zu *desisse*, wie *desiturum . . . incusare* zeigt (3, 2, 4; 22, 12, 10). — *invictum*] Beachte die Ironie. — *videro*] Fut. ex. (nicht Konj.), indem die Abhängigkeit von *respondeam* aufgegeben wird, wie im folg. Satz. — *pacis ant.*] vom J. 241.

11. *Hannib. satell.*] Gegenstück zu *Romanum senatorem* § 7, Bezeichnung der demokratischen Kriegspartei gegenüber der von Hanno angeführten oligarchischen Friedenspartei.

12. *haec quoq.*] wie die Karthager auch 241 nach günstigen Erfolgen doch schliefslich unterlegen waren (Kap. 13, 3). — *luxuriet*] „ausarte": 2, 48, 3 *nimia gloria luxuriare et evanescere vividum quondam illud Caesonis ingenium;* 3, 33, 2; 23, 2, 1.

13. *quae* etc.] „doch wie schlimm steht es auch jetzt schon um diese?" — *occidi*] Der Redner fingiert ein Gespräch (*altercatio*) mit Hannibal, in welchem er dessen Erfolge als keineswegs glänzend hinstellt.

14. *praedae*] Der Redner schiebt in die Worte des Gegners eine ironische Bemerkung ein. — *commeatum*] Gen. Plur. (vgl. zu Kap. 10, 5 u. 5, 6).

15. *mirer*] „auffallend finde, bemängle". — *interrog.*] „Fragen zu stellen". Die Gegner müssen es

que est — velim seu Himilco seu Mago respondeat, cum ad
interneeionem Romani imperii pugnatum ad Cannas sit, con-
16 stetque in defectione totam Italiam esse, primum, ecquis Latini
nominis populus defecerit ad nos, deinde, ecquis homo ex quin-
17 que et triginta tribubus ad Hannibalem transfugerit"? cum
utrumque Mago negasset, „hostium quidem ergo" inquit „ad-
huc nimis multum superest. sed multitudo ea quid animorum
quidve spei habeat, scire velim".

13 Cum id nescire Mago diceret, „nihil facilius scitu est" in-
quit. „ecquos legatos ad Hannibalem Romani miserunt de pace?
ecquam denique mentionem pacis Romae factam esse adlatum
2 ad vos est?" cum id quoque negasset, „bellum igitur" inquit
„tam integrum habemus, quam habuimus, qua die Hannibal
3 in Italiam est transgressus. quam varia victoria priore Punico
bello fuerit, plerique, qui meminerimus, supersumus. numquam
terra marique magis prosperae res nostrae visae sunt, quam
4 ante consules C. Lutatium et A. Postumium fuerunt: Lutatio
et Postumio consulibus devicti ad Aegatis insulas sumus. quodsi,
id quod di omen avertant, nunc quoque fortuna aliquid varia-
verit, tum pacem speratis, cum vincemur, quam nunc, cum
5 vincimus, dat nemo? ego, si quis de pace consulet seu defe-

dann auch selber bestätigen, dafs die Erfolge Hannibals nicht so glänzend seien, wie sie dieselben dargestellt haben.

16. *Latini nom.*] sowohl die Städte und Völkerschaften Latiums als die über ganz Italien verbreiteten *coloniae Latinae* (damals bei 30) umfassend. Die treue Anhänglichkeit dieser Gemeinwesen an Rom trug viel zur endlichen Niederlage der Punier bei.

tribubus] Servius Tullius hatte den Staat in 30 Regionen eingeteilt; seit 241 gab es deren 35; sie umfafsten nur die Bürger, nicht auch die Bundesgenossen.

13. 1. *nescire*] scil. *se*, welches Liv. nicht selten wegläfst: 21, 18, 14 *cum is . . . bellum dare dixisset*, 21, 27, 7 *fumo significant transisse*, 21, 38, 5. — *scitu*] Dieses Supinum findet sich bei Liv. wohl nur hier, bei Cic. nur einmal (Invent. 1, 20, 28 *scitu opus est*), nie bei Cäsar und Sallust. — *denique*] „auch nur".

2. *negasset*] Dafs es nicht geschehen war, wird 22, 61, 13 bemerkt. — *integrum hab.*] frei: ist unentschieden. — *transgr.*] d. h. nach Übersteigung der Alpen ankam.

3. *varia*] Da der Krieg noch in vollem Mafse vorhanden ist, kann auch das Kriegsglück ändern. Statt diesen Gedanken allgemein auszusprechen, führt der Redner ein Beispiel aus der Geschichte an. — *Punico*] vom römischen Standpunkt aus, dagegen 21, 2, 1 *Romanam pacem* vom karthagischen Standpunkt. — *plerique sup.*] „es sind noch sehr viele von uns am Leben".

4. *Lutatio*] Asyndeton adversativum, um den Kontrast zu heben (erg. „und doch"). — *variaverit*] vgl. Kap. 5, 8, im folgenden wird es erklärt durch *vincemur*. — *speratis*] Präs., indem die Beziehung auf die Zukunft sich aus *tum* ergiebt, dagegen nachher Fut. *vincemur*. — *vincimus*] absol. „Sieger sind" (21, 1, 2); das Präs. ist gewählt, um die Handlung als eine noch nicht vollendete zu bezeichnen.

5. *consulet*] später einmal, daher

renda hostibus seu accipienda, habeo, quid sententiae dicam; si de his, quae Mago postulat, refertis, nec victoribus mitti attinere puto, et frustrantibus nos falsa atque inani spe multo minus censeo mittenda esse“.

Haud multos movit Hannonis oratio: nam et simultas cum 6
familia Barcina leviorem auctorem faciebat, et occupati animi praesenti laetitia nihil, quo vanius fieret gaudium suum, auribus admittebant, debellatumque mox fore, si adniti paulum voluissent, rebantur. itaque ingenti consensu fit senatus con- 7
sultum, ut Hannibali quattuor milia Numidarum in supplementum mitterentur et quadraginta elephanti et *mille* argenti talenta; dictatorque cum Magone in Hispaniam missus est 8
ad conducenda viginti milia peditum, quattuor equitum, quibus exercitus, qui in Italia quique in Hispania erant, supplerentur.

Ceterum haec, ut in secundis rebus, segniter otioseque gesta; 14
Romanos praeter insitam industriam animis fortuna etiam cunctari prohibebat. nam nec consul ulli rei, quae per eum agenda esset, deerat, et dictator M. Iunius Pera rebus divinis perfectis lato- 2

Fut.; dagegen *refertis,* weil dies sogleich erwartet wird.

conseo] Im Eingang u. am Schlufs seiner Rede erklärt sich Hanno für Abschlufs eines Friedens. Zur Begründung dieser Ansicht bestreitet er die Bedeutung der erfochtenen Siege, indem er sich einerseits auf die Forderungen des siegreichen Feldherrn, anderseits auf das Verhalten des geschlagenen Feindes bezieht.

6. *movit*] „auf . . . machte Eindruck“. — *leviorem auct. f.*] „schwächte sein Ansehen“; derselbe Gedanke 21, 10, 11. — *nihil*] Wir sagen umgekehrt: hatten taube Ohren gegen alles. — *adniti p.*] 21, 8, 8; 35, 5, 11.

7. *consensu*] Majorität. — *quadraginta*] Diese beträchtliche Zahl erklärt sich daraus, dafs Hannibal seine Kriegselefanten bis auf einen einzigen verloren hatte (22, 2, 10).

8. *dictator*] So werden die Generäle der Karthager genannt bei Front. 2, 1, 4, auch Hannibal in einer Stelle aus Catos Origines bei Gell. 10, 24, 7 (vgl. auch Just. 19, 1, 7).

Kap. **14**, 1—4. Rüstungen in Rom. Vgl. Liv. 22, 57, 9 ff.; Val. Max. 7, 6, 1; App. Hann. 27; Zonar. 9, 2; Flor. 1, 22, 23.

1. *ceterum*] an den Anfang eines neuen Abschnittes gestellt, oft andeutend, dafs Liv. zu einer neuen Quelle übergeht (21, 57, 5; 22, 36, 6 u. 41, 1; 23, 19, 1).

ut in sec. rebus] Zur Sentenz vgl. 21, 61, 2 *quod ferme fit, ut secundae res neglegentiam creent.*

nam] Erklärung zu dem Gedanken: die Römer dagegen handelten rasch. — *deerat*] „entzog sich, versäumte“, Dio frg. 57, 29 (Τερέντιος) *πάντα τὰ πρόσφορα τοῖς παροῦσι καὶ ἐβούλευσε καὶ ἔπραξεν.*

2. *Pera*] ein Zuname der Iunii, eig. „der Ranzen“. — *reb. div.*] Die Besorgung der religiösen Angelegenheiten geht allen weltlichen Geschäften voran, wie bei Fabius 22, 11, 1.

lato] Das Part. steht allein als Abl. abs., indem ein Substantivsatz mit *ut* logisches Subjekt dazu ist. Liv. bedient sich dieser Satzform häufig.

que, ut solet, ad populum, ut equom escendere liceret, praeter duas urbanas legiones, quae principio anni a consulibus conscriptae fuerant, et servorum dilectum cohortesque ex agro
3 Piceno et Gallico conlectas, ad ultimum prope desperatae rei publicae auxilium, cum honesta utilibus cedunt, descendit, edixitque, qui capitalem fraudem ausi quique pecuniae iudicati in vinculis essent, qui eorum apud se milites fierent, eos noxa
4 pecuniaque sese exsolvi iussurum. ea sex milia hominum Gallicis spoliis, quae triumpho C. Flamini tralata erant, armavit. itaque cum viginti quinque milibus armatorum ab urbe proficiscitur.

5 Hannibal Capua recepta cum iterum Neapolitanorum ani-

ut solet] erg. *ferri ad populum.* Obgleich Liv. diese Sache als eine gewöhnliche bezeichnet, erwähnt er sie sonst nirgends. Doch hatte schon Fabius Cunctator die gleiche Erlaubnis vom Senat erhalten (Plut. Fab. 4, Momms. Str. 2, 143).

ut etc.] Da der Diktator, anfänglich *magister populi* genannt, ursprüngl. Anführer des Fufsvolkes war, so bediente er sich in der Regel keines Pferdes: Zonar. 7, 13 *πλὴν ὅτι μὴ ἐφ᾽ ἵππον ἀναβῆναι ὁ δικτάτωρ ἠδύνατο, εἰ μὴ ἐκστρατεύεσθαι ἔμελλεν.*

escendere] hier mit dem Acc. *equom,* dagegen 30, 18, 5 *escendere in equos,* gewöhnlich *conscendere equum.*

praeter] „abgesehen von“, in der Verbindung mit *descendit* eine Abkürzung st. *praeterquam ad.* — *urb. leg.*] Dieselben werden vorher nirgends erwähnt.

servorum dil.] 22, 57, 11 *octo milia iuvenum validorum ex servitiis, prius sciscitantes singulos, vellentne militare, empta publice armaverunt.* Von ihrer Antwort *„volo“* erhielten sie die Bezeichnung *volones* (Kap. 32, 1).

cohortes] Wahrscheinlich wurden sie von den in Picenum und bei Ariminum ansässigen röm. Bürgern gestellt, da in § 2—4 sonst keine Bundesgenossen erwähnt werden.

3. *prope desp. rei p.*] „eines beinahe zur Verzweiflung gebrachten Staatswesens“, allgemein aufzufassen, wie die Erklärung *cum — cedunt* zeigt. — *fraudem*] oft synonym mit *scelus, maleficium* (22, 10, 5). — *pecuniae iud.*] „wegen einer Schuld verurteilt“. Es sind Schuldner, welche vom Prätor den Gläubigern zugesprochen worden waren (*addicti*) u. in Privathaft gehalten wurden. Diese war weniger streng als die öffentliche Haft der Kapitalverbrecher. Seit der Lex Poetelia Papiria vom J. 326 unterschied sich der Schuldknecht wesentlich vom Sklaven, indem er gegen willkürliche Mifshandlung den Schutz der Magistrate anrufen konnte und nach Erfüllung seiner Verbindlichkeiten wieder frei wurde.

qui cap. — qui eorum — eos] Diese in juristischen Formeln nicht ungewöhnliche Voranstellung der Relativsätze (vgl. 26, 33, 12) hat den Vorzug gröfstmöglicher Klarheit der Hauptbegriffe *eorum* u. *eos,* indem sie erst gesetzt werden, nachdem sie genau bestimmt worden sind; bei der gewöhnlichen Satzstellung dagegen (*eos, qui apud se milites fierent eorum, qui cap. fr. . . . essent*) sind sie zunächst unklar u. erhalten ihre Bestimmung erst durch die nachfolgenden Relativsätze.

4. *ea*] nach latein. Sprachgebrauch st. *ex eis.* — *triumpho*] Abl. der Zeit ohne *in.* Flam. triumphierte den 10. März 222 über die Insubrer (vgl. 21, 63, 2).

Kap. 14, 5 — 15, 6. Vergeblicher Angriff Hannibals auf Nola und Neapel, Einnahme von Nuceria. Dio frg. 57, 30; Zonar. 9, 2.

5. *recepta*] „gewonnen“, den Rö-

mos partim spe partim metu nequiquam temptasset, in agrum
Nolanum exercitum traducit, ut non hostiliter statim, quia non 6
desperabat voluntariam deditionem, ita, si morarentur spem,
nihil eorum, quae pati aut timere possent, praetermissurus.
senatus, ac maxume primores eius, in societate Romana cum 7
fide perstare; plebs novarum, ut solet, rerum atque Hannibalis
tota esse metumque agrorum populationis et patienda in obsi-
dione multa gravia indignaque proponere animo; neque auc-
tores defectionis deerant. Itaque ubi senatum metus cepit, si 8
propalam tenderent, resisti multitudini concitatae non posse,
secunda simulando dilationem mali inveniunt. placere enim 9
sibi defectionem ad Hannibalem simulant; quibus autem con-
dicionibus in foedus amicitiamque novam transeant, parum
constare. ita spatio sumpto legatos propere ad praetorem Ro- 10
manum Marcellum Claudium, qui Casilini cum exercitu erat,
mittunt, docentque, quanto in discrimine sit Nolana res: agrum
Hannibalis esse et Poenorum, urbem extemplo futuram, ni sub-
veniatur; concedendo plebei senatum, ubi velint, defecturos se, 11
ne deficere praefestinarent, effecisse. Marcellus conlaudatis No- 12
lanis eadem simulatione extrahi rem in suum adventum iussit,
interim celari, quae secum acta essent, spemque omnem auxili
Romani. ipse a Casilino Caiatiam petit, atque inde Volturno 13
amni traiecto per agrum Saticulanum Trebulanumque super
Suessulam per montes Nolam pervenit.

mern abgenommen; nicht „zurückerobert", da er es noch nie besessen hatte (vgl. zu Kap. 9, 12); auch nicht *capta*, da er es nicht eroberte. — *iterum*] mit bezug auf Kap. 1, 5 ff.

6. *ut ... ita*] „wenn auch nicht ... so doch" (vgl. zu Kap. 12, 4); sowohl zu *hostiliter* als zu *praetermissurus* ist das Hauptverb *traducit* zu denken. — *desperabat*] auch in klassischer Latinität zuweilen transitiv gebraucht, häufiger *desperare de aliqua re.*

7. *cum fīde*] nachdrücklicher als ein Adverb; übrigens wurde das Adv. fīde nicht gebraucht (vgl. *cum cura,* Kap. 31, 15). — *esse*] „hinneigen zu", zuweilen mit Gen. der Person (Kap. 39, 7), selten mit Gen. der Sache, meist verstärkt durch *totus:* 35, 31, 4 *pars principum alienati Romanis totique Antiochi et Aetolorum erant,* 37, 49, 5 *totos adhuc Antiochi Aetolos esse.* — *metumque a. pop.*] = *metuendamque a. populationem.*

8. *tenderent*] „für ihre Ansicht aufträten, zu Werke gingen", ein bei Liv. häufiges Wort, oft = *contendere.* — *concitatae*] näml. von den *auctores defectionis* (Kap. 15, 7). — *secunda*] scil. *plebi,* Geneigtheit für den Wunsch der Plebs.

10. *cum exercitu*] Er hatte (nach 22, 57, 8) zu Canusium den Oberbefehl über die bei 15 000 Mann starken Reste des cannensischen Heeres übernommen; darauf waren auch einige neue Truppen zu ihm gestoſsen (Kap. 16, 8).

11. *velint*] Subjekt: die Plebejer. — *def. se*] der Senat; Constructio ad intellectum.

13. *amni*] Dieser Ablat. ist bei Liv. häufiger als *amne* (Kap. 17, 10 u. 19, 9). — *per montes*] an der Westseite des Taburnus hin. Marcellus macht einen weiten Umweg, um das feindliche Heer zu umgehen u. nicht zu einem Kampfe genötigt zu werden.

15 Sub adventum praetoris Romani Poenus agro Nolano ex-
cessit et ad mare proxime Neapolim descendit, cupidus mari-
timi oppidi potiundi, quo cursus navibus tutus ex Africa esset.
2 ceterum postquam Neapolim a praefecto Romano teneri accepit
— M. Iunius Silanus erat, ab ipsis Neapolitanis accitus —,
3 Neapoli quoque sicut Nola amissa petit Nuceriam. eam cum
aliquamdiu circumsedisset, saepe vi, saepe sollicitandis nequi-
quam nunc plebe nunc principibus, fame demum in deditionem
accepit, pactus, ut inermes cum singulis abirent vestimentis.
4 deinde, ut qui a principio mitis omnibus Italicis praeter Ro-
manos videri vellet, praemia atque honores, *si* qui remanserint
5 ac militare secum voluissent, proposuit. nec ea spe quemquam
tenuit: dilapsi omnes, quocumque hospitia aut fortuitus animi im-
petus tulit, per Campaniae urbes, maxime Nolam Neapolimque.
6 cum ferme triginta senatores ac forte primus quisque Capuam
petissent, exclusi inde, quod portas Hannibali clausissent, Cumas
se contulerunt. Nuceriae praeda militi data est, urbs direpta
atque incensa.

15. 1. *sub*] c. acc., von der Zeit: um, z. B. *sub idem tempus* 21, 16, 1 (= *per idem tempus* 23, 21, 1; 34, 10; 41, 8); daher: kurz vor (z. B. 21, 57, 7 *sub lucem*) oder: kurz nach (Kap. 16, 3; Dräg., H. S. 1^2, 663). — *marit. opp.*] vgl. zu Kap. 1, 5. — *cursus*] „das Einlaufen". Für die Verstärkungen, welche er aus Afrika und Spanien zu erwarten hatte (Kap. 13, 7 ff.), war ein Hafen an der Westküste sehr wichtig.

2. *accepit*] Die Neapolitaner hatten also nach Hannibals erstem Versuch, sich der Stadt zu bemächtigen (Kap. 1, 6 ff.), einen römischen Offizier an die Spitze ihrer Truppen gestellt.

3. *saepe vi* etc.] Die beiden Ablative bezeichnen das Verfahren, welches Hannibal während der Einschliefsung beobachtete: indem er oft angriff, oft . . . versuchte. — *nunc . . . nunc*] (§ 7) in der Prosa erst seit Liv. gebraucht nach dem Vorgange der Dichter, bei Cicero *modo . . . modo* (Dräg. H. S. 2^2, 93).

pactus] Das Verbum *paciscor* wird in der Regel von demjenigen gebraucht, welcher ein Versprechen giebt u. es daher auch zu erfüllen hat (21, 41, 9; 22, 52, 3; 31, 17, 3 u. 45, 6), selten von demjenigen, welcher einen andern für ein Versprechen gewinnt (25, 33, 3). Man erwartet hier: *pactus, ut eos abire pateretur.* — *cum sing. vest.*] Überwundene Feinde mufsten sich im Altertum, um ihr Leben zu retten, häufig dazu verstehen, mit einem einzigen Kleidungsstücke bedeckt abzuziehen (Xen. Hell. 2, 3, 6).

4. *a principio*] Nuceria war die erste Stadt im eigentlichen Italien, welche Hannibal eroberte (vgl. 21, 39, 4; 22, 18, 7).

mitis] Dagegen vgl. App. Lib. 63: *οὗτοι Νουκερίαν ὑπήκοον ἡμῶν ἐπὶ συνθήκῃ λαβόντες καὶ ὀμόσαντες σὺν δύο ἱματίοις ἕκαστον ἀπολύσειν τὴν μὲν βουλὴν αὐτῶν ἐς τὰ βαλανεῖα συνέκλεισαν καὶ ὑποκαίοντες τὰ βαλανεῖα ἀπέπνιξαν, τὸν δὲ δῆμον ἀπιόντα κατηκόντισαν*, Dio, Zonar., Val. Max. 9, 6, Ext. 2.

remanserint . . . vol.] auffallende Verbindung der beiden Konj., welche den Konj. Fut. ex. ersetzen: 22, 32, 8; vgl. § 12. — *secum*] „unter ihm"; 25, 5, 10 *qui cum P. Lentulo militabant.*

6. *incensa*] Sil. It. 12, 424 *Nuceriae — incussit sese atque aequavit moenia terrae.*

Nolam Marcellus non sui magis fiducia praesidii quam 7
voluntate principum habebat. plebs timebatur et ante omnis
L. Bantius, quem conscientia temptatae defectionis ac metus a
praetore Romano nunc ad proditionem patriae, nunc, si ad id
fortuna defuisset, ad transfugiendum stimulabat. erat iuvenis 8
acer et sociorum ea tempestate prope nobilissimus eques. semi-
necem eum ad Cannas in acervo caesorum corporum inventum
curatumque benigne etiam cum donis Hannibal domum remise-
rat. ob eius gratiam meriti rem Nolanam in ius dicionemque 9
dare voluerat Poeno, anxiumque eum et sollicitum cura novandi
res praetor cernebat. ceterum cum aut poena cohibendus esset 10
aut beneficio conciliandus, sibi adsumpsisse quam hosti ade-
misse fortem ac strenuum maluit socium, accitumque ad se
benigne appellat: multos eum invidos inter popularis habere, 11
inde existimatu facile esse, quod nemo civis Nolanus sibi in-
dicaverit, quam multa eius egregia facinora militaria essent;
sed qui in Romanis militaverit castris, non posse obscuram eius 12
virtutem esse; multos sibi, qui cum eo stipendia fecerint, re-
ferre, qui vir esset ille, quaeque et quotiens pericula pro salute
ac dignitate populi Romani adisset, utique Cannensi proelio 13
non prius pugna abstiterit, quam prope exanguis ruina superin-
cidentium virorum equorum armorumque sit oppressus. „itaque 14
macte virtute esto“ inquit; „apud me tibi omnis honos atque
omne praemium erit, et quo frequentior mecum fueris, senties
eam rem tibi dignitati atque emolumento esse“. laetoque iuveni 15

Kap. 15, 7—17, 6. Hannibals erste Niederlage bei Nola u. Einnahme von Acerrä. Plut. Marc. 10 ff.; Zonar. 9, 2; Front. strat. 3, 16, 1; Dio frg. 57, 32.

7. *metus a pr.*] Furcht vor dem Pr.: 32, 23, 9 *metu poenae a Romanis,* 45, 26, 7 *cum maior a Romanis metus timorem a principibus suis vicisset;* Kap. 36, 1 *ab Hannibale metuens.*

8. *tempestate*] sowohl von ältern Dichtern als von Coelius (bei Cic. de or. 3, 153: *qua tempestate Poenus in Italiam venit*) u. Sallust st. *tempore* gebraucht, ohne dafs die Zeit als eine „stürmische, schlimme“ bezeichnet werden soll (Kap. 28, 10 ebenfalls bei einem Superlativ). — *seminĕcem*] auch schon von Vergil gebraucht, = *semianimem* (vgl. zu Kap. 5, 1).

9. *ob gratiam*] „aus Dank, zum Dank“, innerer Beweggrund, wie bei Liv. oft *ob iram.* — *voluerat*] näml. vor der Ankunft des Marcellus (§ 7).

10. *maluit*] mit Inf. Perf., indem der Sinn ist: Er zog es vor, dafs man nachher sage, er habe ....

12. *multos*] *Romanos,* im Gegensatz zu den Nolanern. — *ille*] statt der 2. Pers. der Or. recta, häufiger als *is;* dagegen sind die Casus obl. von *is* häufiger als von *ille.*

13. *utique*] = *et uti.* — *proelio*] statt *pugna,* welches sogleich in anderem Sinne folgt.

14. *omnis*] „jede Art von“ (21, 57, 14 *omnis libidinis*). — *senties*] erg. *eo magis,* „desto mehr wirst du erkennen“; 2, 45, 9 *ita dimissis, quo minus consules velle credunt, crescit ardor pugnandi.* — *eam rem*] = *virtutem tuam.*

promissis equom eximium dono dat bigatosque quingentos
quaestorem numerare iubet; lictoribus imperat, ut eum se adire,
quotiens velit, patiantur.

16 Hac comitate Marcelli ferocis iuvenis animus adeo est
mollitus, ut nemo inde sociorum rem Romanam fortius ac fide-
2 lius iuverit, cum Hannibal ad portas esset — Nolam enim
rursus a Nuceria movit castra — plebesque Nolana de integro
ad defectionem spectaret.

3 Marcellus sub adventum hostium intra muros se recepit,
non castris metuens, sed ne prodendae urbis occasionem, nimis
4 multis in eam inminentibus, daret. instrui deinde utrimque
acies coeptae, Romanorum pro moenibus Nolae, Poenorum ante
castra sua. proelia hinc parva inter urbem castraque et vario
eventu fiebant, quia duces nec prohibere paucos temere procur-
5 santis nec dare signum universae pugnae volebant. in hac coti-
diana iam duorum exercituum statione principes Nolanorum
nuntiant Marcello nocturna conloquia inter plebem ac Poenos
6 fieri, statutumque esse, ut, cum Romana acies egressa portis
staret, inpedimenta eorum ac sarcinas diriperent, clauderent
deinde portas murosque occuparent, ut potentes rerum suarum
7 atque urbis Poenum inde pro Romano acciperent. haec ubi
nuntiata Marcello sunt, conlaudatis senatoribus Nolanis, prius-
quam aliqui motus in urbe oreretur, fortunam pugnae experiri
8 statuit. ad tris portas in hostes versas tripertito exercitum in-
struxit; inpedimenta subsequi iussit, calones lixasque et invali-

15. *bigatos*] Denare (zu 70 Pf.) mit dem Bilde der geflügelten Victoria auf einem Zweigespanne; als dafür bald nach 200 auch das Viergespann mit Juppiter eintrat, hiefs der Denar auch *nummus quadrigatus* (22, 52, 3).

lictoribus] den sechs Liktoren, welche gewöhnlich vor dem Prätor einhergingen u. vor seinem Quartier Wache hielten.

16. 1. *ac fid.*] nicht *aut,* weil die beiden häufig verbundenen Wörter gleichsam nur einen Begriff bilden.

3. *non castris met.*] nicht weil er gefürchtet hätte, er könne das offene Feld nicht behaupten. — *multis*] Ablat.; denn *nimis multis* kann nicht Dat. des Objekts zu *ne . . . daret* sein, sondern zu *daret* ist *cui* zu ergänzen.

in eam inmin.] „nach einer solchen verlangten, auf sie lauerten“: 25, 20, 5 *in alterius ducis exercitusque opprimendi occasionem imminebat,* Cic. de domo § 14 *homo ad caedem imminens,* 47 *imminere in tribunicíam potestatem,* öfter mit Dativ (3, 51, 9; 8, 22, 10; 33, 11, 7).

4. *pro . . . ante*] Bei *pro* hat man den Gegenstand (hier die *moenia*) im Rücken, bei *ante* vor sich oder zur Seite; vgl. § 2 *ad portas,* 6, 25, 8 *ante portas,* 26, 10, 2 *circa p.,* 21, 30, 5 *in ipsis portis hostium subsistere,* Tac. h. 5, 11 *pro portis.*

5. *statione*] „das Wachehalten“, die § 4 erwähnte Aufstellung der *acies,* welche sich nicht weiter in Bewegung setzten: 27, 48, 13 *stationem magis segnem quam pugnam futuram cernebat.*

6. *inpedim.*] Der Trofs rückte also Tag für Tag mit dem Heere aus (§ 8).

dos milites vallum ferre. media porta robora legionum et Ro-
manos equites, duabus circa portis novos milites levemque ar-
maturam ac sociorum equites statuit. Nolani muros portasque 9
adire vetiti, subsidiaque destinata inpedimentis, ne occupatis
proelio legionibus in ea impetus fieret. ita instructi intra por-
tas stabant. Hannibali sub signis, id quod per aliquot dies 10
fecerat, ad multum diei in acie stanti primo miraculo esse, quod
nec exercitus Romanus porta egrederetur, nec armatus quis-
quam in muris esset; ratus deinde prodita conloquia esse metu- 11
que resides factos, partem militum in castra remittit, iussos pro-
pere adparatum omnem oppugnandae urbis in primam aciem
adferre, satis fidens, si cunctantibus instaret, tumultum aliquem
in urbe plebem moturam. dum in sua quisque ministeria dis- 12
cursu trepidat ad prima signa succeditque ad muros acies, pa-
tefacta repente porta Marcellus signa canere clamoremque tolli
ac pedites primum, deinde equites, quanto maximo possent im-
petu, in hostem erumpere iubet. satis terroris tumultusque in 13
aciem mediam intulerant, cum duabus circa portis P. Valerius
Flaccus et C. Aurelius legati in cornua hostium erupere. addi- 14

8. *vallum*] kollektiv, = *vallos;* so *vallum ferre* Cic. Tusc. 2, § 37, Hor. Epod. 9, 12, Liv. 33, 6, 1 *vallum secum ferente milite, ut paratus omni loco castris ponendis esset.* Marcellus sieht sich vor für den Fall, dafs er von der Stadt ausgeschlossen würde (§ 6) u. ein Lager aufschlagen müfste.

media p.] ein seltener Abl. loci bei einem Verbum, welches keine Bewegung ausdrückt, zur Abwechslung mit *ad tris portas.* — *rob. leg.*] Welche Truppen Marc. damals hatte, wird nirgends angegeben. Es scheint, dafs Liv. sich dieselben hier bedeutender vorstellt, als sie wirklich waren. Nach § 14 und Frontin 2, 4, 8 suchte M. eben dem Feind die geringe Zahl seiner Truppen zu verbergen. — *circa*] „auf beiden Seiten, rechts u. links" (§ 13); das Adv. attributiv gebraucht (vgl. zu Kap. 8, 7).

9. *subsidia*] „eine Bedeckungsmannschaft", deren Aufgabe (nach § 14) ausschliefslich darin bestand, die Bagage zu schützen, wahrscheinlich Nolaner (vgl. Kap. 44, 9; 46, 2).

10. *sub sign.*] „mit den Feldzeichen in der ersten Linie". — *ad multum diei*] od. *ad m. diem,* „bis tief in den Tag hinein".

11. *factos*] näml. *Romanos.* — *iussos*] Constructio ad intellectum.

12. *discursu*] Abl. modi, „auseinander", indem für *quisque* „alle" eintritt. — *trepidat*] „eilen, laufen"; vgl. zu Kap. 7, 10.

ad prima signa] auf die ersten Signale; vgl. 21, 58, 2 *ad prima ac dubia signa veris.* Ein Teil der pun. Truppen soll aus dem Lager den Belagerungsapparat holen, der andere vorrücken; sobald aber hiezu die Zeichen gegeben werden, bricht Marc. aus, um diesen Zeitpunkt zur Verwirrung der Feinde zu benutzen.

signa] Acc. des Subjekts, wie *clamorem,* indem der Satz unababhängig heifsen würde: *signa canunt,* „die Signale erschallen". Vgl. 27, 47, 3 *signum canat,* 28, 27, 15 *classicum cecinit,* ebenso *signa canere* bei Sall. Cat. 59, 1, Iug. 94, 5 und 99, 1, dagegen Caes. b. c. 3, 82 *classicum cani iubet.*

13. *portis*] Abl. des Weges bei einem Verb der Bewegung, häufig bei Livius. — *Valerius*] 21, 6, 8 als Gesandter an Hannibal nach Sagunt geschickt, nach 21, 18, 1 noch ein jüngerer Mann, Kap. 38, 7 Befehls-

dere clamorem lixae calonesque et alia turba custodiae inpedi-
mentorum adposita, ut paucitatem maxime spernentibus Poenis
15 ingentis repente exercitus speciem fecerit. vix equidem ausim
adfirmare, quod quidam auctores sunt, duo milia et octingentos
16 hostium caesos non plus quingentis Romanorum amissis; sed
sive tanta sive minor victoria fuit, ingens eo die res, ac nescio
an maxima illo bello, gesta est: non vinci enim ab Hannibale
vincentibus difficilius fuit quam postea vincere.

17 Hannibal spe potiundae Nolae adempta cum Acerras re-
cessisset, Marcellus extemplo clausis portis custodibusque dis-
positis, ne quis egrederetur, quaestionem in foro de iis, qui clam
2 in conloquiis hostium fuerant, habuit; supra septuaginta dam-
natos proditionis securi percussit, bonaque eorum iussit publica
3 populi Romani esse, et summa rerum senatui tradita cum exer-
citu omni profectus supra Suessulam castris positis consedit.
4 Poenus Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus
perlicere, postquam obstinatos inde videt, obsidere atque oppu-
5 gnare parat. ceterum Acerranis plus animi quam virium erat;
itaque desperata tutela urbis, ut circumvallari moenia viderunt,
priusquam continuarentur hostium opera, per intermissa muni-
6 menta neglectasque custodias silentio noctis dilapsi per vias
inviaque, qua quemque aut consilium aut error tulit, in urbes

haber einer Flotte. — *Aurelius*] nicht weiter bekannt.

14. *et alia* etc.] und die übrige Schar, näml. diejenige, welche zur Hut des Trosses bestimmt war, oder: und aufserdem die Schar, welche —; denn *adposita* ist nicht auch auf *lixae calonesque* zu beziehen (§ 8). — *fecerit*] näml. *clamor.*

15. *ausim*] Coni. potentialis von einem alten Perfekt *ausi*, ebenso einmal *ausit* (5, 3, 10), von Liv. in negativen Hauptsätzen gebraucht, in einem positiven Satze nur 6, 40, 5; dagegen vgl. 22, 36, 1 *ut vix . . . ausus sim.*

quod q. auct. sunt] derselbe Ausdruck 30, 26, 7, = *quod quidam tradunt,* dagegen 21, 38, 4 *ita quidam a. sunt.* Vgl. 21, 47, 4 *Coelius auctor est* (= *memoriae tradit*) mit Acc. c. inf.

16. *vincentibus*] erg. *eo die, tum,* indem ein Gegensatz zu *postea* hinzugedacht werden mufs. — *vincere*] Dazu erwartet man einen neuen Dativ in Entsprechung zu *vincentibus*, indem die Sieger bei Nola nicht auch die späteren Sieger bei Zama sind. Doch scheint Liv. unter *vincentibus* überhaupt die Römer zu verstehen, wie z. B. Scipio 21, 40, 5 vor der Schlacht am Tessin zu seinen Truppen sagt: *cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos terra marique priore bello vicistis.*

17. 1. *Hannibal*] ungewöhnlich an die Spitze des Nebensatzes gestellt. — *Acerras* zwischen Capua u. Nola, 332 v. Chr. mit der civitas sine suffragio beschenkt (Liv. 8, 17, 12; Vell. 1, 14, 4).

2. *proditionis*] Der Verrat bestand in dem Bruch des Bündnisses mit Rom; ihre Güter werden daher für Rom eingezogen.

4. *obstinatos*] Constructio ad intellectum, als ob vorausginge: *Acerranos* (vgl. Kap. 16, 11). — *inde*] dann, sodann, Gegensatz zu *primum.* — *videt*] vgl. 1, 58, 4 *ubi obstinatam videbat;* 27, 9, 14.

5. *continuar.*] an einander gefügt, zu einer zusammenhängenden Kette verbunden wurden. — *per interm. mun.*] durch die Stellen, wo die Schanzen unterbrochen und keine Wachen aufgestellt waren.

Campaniae, quas satis certum erat non mutasse fidem, perfugerunt.

Hannibal Acerris direptis atque incensis, cum a Casilino 7
dictatorem Romanum legionesque novas accipi nuntiassent, ne
quis tam propinquis hostium castris Capuae quoque oreretur
motus, exercitum ad Casilinum ducit. Casilinum eo tempore 8
quingenti Praenestini habebant cum paucis Romanis Latinique
nominis, quos eodem audita Cannensis clades contulerat. hi 9
non confecto Praeneste ad diem dilectu serius profecti domo
cum Casilinum ante famam adversae pugnae venissent, et aliis
adgregantibus sese, Romanis sociisque, profecti a Casilino cum
satis magno agmine irent, avertit eos retro Casilinum nuntius
Cannensis pugnae. ibi cum dies aliquot suspecti Campanis 10
timentesque cavendis ac struendis invicem insidiis traduxissent,
ut de Capuae defectione agi accipique Hannibalem satis pro
certo habuere, interfectis nocte oppidanis partem urbis, quae
cis Volturnum est — eo enim dividitur amni —, occupavere;

Kap. 17,7—20. Hannibal belagert u. erobert Casilinum und überwintert in Capua (Zonar. 9, 2); Einschliefsung von Petelia.

7. *incensis*] nicht so vollständig wie Nuceria (Kap. 15, 6). Vgl. 27, 3, 6 *Nucerinos et Acerranos querentes, ubi habitarent, non esse, Acerris ex parte incensis, Nuceria deleta, Romam Fulvius ad senatum misit. Acerranis permissum, ut aedificarent, quae incensa erant; Nucerini Atellam traducti.* Sil. It. 12, 423.

a Casilino] zu verbinden mit *nuntiassent* (vgl. Kap. 19, 5). Die Meldung erhielt er wohl von einigen aus dem Blutbad (§ 10) entronnenen Casilinaten.

accipi] „aufgenommen werden sollten", wie § 10. Wahrscheinlich hatte Marc., da er von Casil. nach Nola aufbrach (Kap. 14, 13), den von Rom kommenden Diktator (vgl. Kap. 14, 4) eingeladen, nach Casil. zu kommen. Hannibal wollte aber den wichtigen Ort vor der Ankunft des Diktators einnehmen.

8. *paucis*] 70 Mann (nach Kap. 19, 17 und Strabo 5, 10 p. 249). — *audita*] im Deutschen Substantiv („Nachricht"). — *contulerat*] „zusammengebracht, zusammengeführt hatte". Es scheint, Marcellus habe diese Besatzung bei seiner Ankunft in Casilinum vorgefunden u. bei seinem Abzuge zurückgelassen; doch ist auffallend, dafs Liv. nichts davon sagt.

9. *dilectu*] die 22, 38, 1 erwähnte Aushebung. — *adversae p.*] = *cladis.* Beachte den Wechsel des Ausdrucks gegenüber *Cann. clades* § 8 und *Cann. pugnae* § 9, ebenso zwischen *audita, famam, nuntius.* — *Romanis soc.*] Apposition u. Erklärung zu *aliis* (nicht „andere Römer", da die Schar der 500 nur aus *socii* bestand). — *avertit*] „bewog zur Umkehr", kurz statt: *avertit eos ab itinere et convertit retro* (vgl. „umwenden").

10. *Campanis*] die Bewohner des nahen Capua, welche die Casilinaten gegen die Pränestiner aufwiegelten. — *timentes*] näml. die Campaner, d. h. die von ihnen gemachten Anschläge. — *cavendis . . . insidiis*] Abl. absol., chiastische Erklärung zu *suspecti timentesque.* — *tradux.*] in der seltenen Bedeutung „zubringen" viell. nur hier bei Liv., doch auch bei Cicero an einigen Stellen.

oppidanis] nur die unzuverläfsigen, Kap. 19, 2. — *cis*] nördlich vom Flufs, um an diesem eine Schutzwehr gegen die Campaner zu haben. — *dividitur*] ebenso 24, 6, 7 *Himera amnis, qui ferme insulam dividit,*

11 idque praesidii Casilini habebant Romani. additur et Perusina
cohors, homines quadringenti sexaginta, eodem nuntio quo
12 Praenestini paucos ante dies Casilinum conpulsi. et satis
ferme armatorum ad tam exigua moenia et flumine altera parte
cincta tuenda erat; penuria frumenti, nimium etiam ut videre-
tur hominum, efficiebat.

18 Hannibal cum iam inde haud procul esset, Gaetulos cum
praefecto, nomine Isalca, praemittit, ac primo, si fiat conloquii
copia, verbis benignis ad portas aperiundas praesidiumque acci-
piendum perlicere iubet, si in pertinacia perstent, vi rem gerere
2 ac temptare, si qua parte invadere urbem possit. ubi ad moenia
accessere, quia silentium erat, solitudo visa; metuque conces-
sum barbarus ratus moliri portas et claustra refringere parat,
3 cum patefactis repente portis cohortes duae, ad id ipsum in-
structae intus, ingenti cum tumultu erumpunt stragemque ho-
4 stium faciunt. ita primis repulsis Maharbal cum maiore robore
5 virorum missus nec ipse eruptionem cohortium sustinuit. po-
stremo Hannibal castris ante ipsa moenia positis parvam urbem
parvumque praesidium summa vi atque omnibus copiis oppu-
gnare parat, ac, dum instat lacessitque, corona undique cir-
cumdatis moenibus, aliquot milites et promptissimum quemque
6 e muro turribusque ictos amisit. semel ultro erumpentis agmine
elephantorum opposito prope interclusit, trepidosque conpulit
in urbem, satis multis ut ex tanta paucitate interfectis. plures
7 cecidissent, ni nox proelio intervenisset. postero die omnium
animi ad oppugnandum accenduntur, utique postquam corona

dagegen 22, 15, 4 *urbs Volturno flumine dirempta.*

11. *additur*] „damit vereinigte sich, dazu gesellte sich". — *Perusina*] aus Perusia in Südetrurien, in der Nähe des Trasimenischen Sees.

12. *satis f.*] „genug wohl, vollständig genug". — *moenia*] „Festung", in bezug auf *exigua* die Mauern selbst, in bezug auf *cincta* aber der von ihnen eingeschlossene Ort. — *altera p.*] Liv. giebt der Festung nur zwei Seiten, Norden u. Süden, Mauer u. Fluſs, indem beide wohl gebogen zu denken sind u. die Stadt am Flusse hin sich in die Länge zieht.

18. 1. *Hannibal*] Derselbe hat den Volturnus überschritten u. rückt auf der Nordseite des Flusses heran.

2. *concessum*] „man sei weggezogen, habe den Platz geräumt". — *moliri*] „aufsprengen", synonym mit *effringere* (24, 46, 5). — *parat*] Praes. hist. vor cum inversum selten.

3. *duae*] „die beiden", da die ganze Besatzung nur aus zwei Kohorten bestand. Bei der Verteidigung des Platzes wurden sie durch den Rest der Bewohner unterstützt.

4. *maiore rob.*] er hat bessere Truppen u. eine gröſsere Zahl. — *missus*] Partic., nicht durch *est* zu vervollständigen. — *nec ipse*] = *ne ipse quidem*, ebenfalls nicht: 34, 32, 9; 37, 20, 8; 3, 52, 9.

5. *oppugnare*] denn zur Belagerung, *obsidio*, einer Stadt in Italien hat Hannibal noch nicht die Geduld.

6. *elephantorum*] indem die Kap. 13, 7 beschlossene Verstärkung aus Afrika inzwischen angekommen ist; denn von früher her hatte er schon vor einem Jahr nur noch einen einzigen Elefanten gehabt (22, 2, 10).

7. *corona aur. mur.*] nach römi-

aurea muralis proposita est atque ipse dux castelli plano loco
positi segnem oppugnationem Sagunti expugnatoribus expro-
brabat, Cannarum Trasumennique et Trebiae singulos admonens
universosque. inde vineae quoque coeptae agi cuniculique. nec 8
ad varios conatus hostium aut vis ulla aut ars deerat sociis
Romanorum: propugnacula adversus vineas statuere, transversis 9
cuniculis hostium cuniculos excipere et palam et clam coeptis
obviam ire, donec pudor etiam Hannibalem ab incepto avertit,
castrisque conmunitis ac praesidio modico inposito, ne omissa
res videretur, in hiberna Capuam concessit.

Ibi partem maiorem hiemis exercitum in tectis habuit, ad- 10
versus omnia humana mala saepe ac diu duratum, bonis inex-
pertum atque insuetum. itaque, quos nulla mali vicerat vis, 11
perdidere nimia bona ac voluptates inmodicae, et eo inpensius,
quo avidius ex insolentia in eas se merserant. somnus enim 12
et vinum et epulae et scorta balineaque et otium, consuetudine
in dies blandius, ita enervaverunt corpora animosque, ut magis
deinde praeteritae victoriae eos quam praesentes tutarentur
vires, maiusque id peccatum ducis apud peritos artium mili- 13
tarium haberetur, quam quod non ex Cannensi acie protinus
ad urbem Romanam duxisset; illa enim cunctatio distulisse

scher Vorstellung (Becker-Marquardt 3², 442); vgl. 21, 11, 3 *animos eorum spe praemiorum accendit.* — *exprobrabat*] Imperf. nach *postquam* von einer wiederholten Handlung.

8. *cuniculi*] ein gewöhnliches Angriffsmittel. Jedoch scheint die Anlegung von Minengängen bei den Puniern, welche in der Belagerungskunst wenig erfahren waren, sonst nicht üblich gewesen zu sein. — *ad var. con.*] Gegen die Unternehmungen der Punier liefsen es die Belagerten an keiner Kraftanstrengung u. keinem Verteidigungsmittel fehlen.

9. *propugnacula*] Schutzwehren, um den *aries* nicht an die Mauer herankommen zu lassen. — *transv. cunic.*] Gegenminen, quer vor den feindlichen hin. — *etiam*] aufser der Erfolglosigkeit seiner Anstrengungen.

concessit] Livius übergeht, dafs der Diktator M. Junius Pera (vgl. Kap. 19, 3) zum Entsatze der Stadt heranzog, aber von Hannibal überlistet wurde u. eine Schlappe erlitt: Frontin 2, 5, 25; Polyän 6, 38, 6 (*Ἀννίβας περὶ Κασιλῖνον . . . ἐνίκησεν*), Zonar. 9, 3 (*συχνοὺς ἀπέκτεινε*).

10. *ibi*] Über Hannibals Winterquartiere in Capua vgl. Diod. 26, 14—15; Val. Max. 9, 1, Ext. 1; Strabo 5, 4, 13, p. 250. — *in tectis*] nicht *in tentoriis, sub pellibus* (§ 15); wegen der ursprüngl. Bedeutung des Wortes erwartet man st. *in* eher *sub* (29, 34, 7).

11. *ex insol.*] scil. *earum*, infolge der Ungewohntheit, also: nach einem Leben voll Entbehrungen.

12. *balinea*] ältere Form st. *balnea* (Kap. 7, 3; gr. *βαλανεῖον*). Zur Sache vgl. Sidon. Paneg. 368: *Hannibal ad Capuam periit, cum fortia bello Inter delicias mollirent corpora Baiae*; Sen. epist 51, 5.

13. *apud per.*] nicht *a peritis*, indem *haberi* (= gelten) nicht in strengem Sinne als Passivum behandelt wird. — *haberetur*] mit *tutarentur* gleichzeitig, auf Männer aus der Zeit des 2. pun. Krieges zu beziehen (was hiefse *habeatur?*). *duxisset*] nicht *duxerat*, als Ansicht der in den Regeln der Kriegskunst erfahrenen Zeitgenossen Hannibals.

modo victoriam videri potuit, hic error vires ademisse ad vin-
14 cendum. itaque hercule, velut si cum alio exercitu a Capua
15 exiret, nihil usquam pristinae disciplinae tenuit. nam et re-
dierunt plerique scortis inpliciti, et, ubi primum sub pellibus
haberi coepti sunt viaque et alius militaris labor excepit,
16 tironum modo corporibus animisque deficiebant; et deinde per
omne aestivorum tempus magna pars sine commeatibus ab
signis dilabebantur, neque aliae latebrae quam Capua deser-
toribus erant.

19 Ceterum mitescente iam hieme educto ex hibernis milite
2 Casilinum redit, ubi quamquam ab oppugnatione cessatum erat,
obsidio tamen continua oppidanos praesidiumque ad ultimum
3 inopiae adduxerat. castris Romanis Ti. Sempronius praeerat,
dictatore auspiciorum repetendorum causa profecto Romam.
4 Marcellum et ipsum cupientem ferre auxilium obsessis et Vol-
turnus amnis inflatus aquis et preces Nolanorum atque Acerra-
norum tenebant, Campanos timentium, si praesidium Romanum
5 abscessisset. Gracchus adsidens tantum Casilino, quia praedic-
tum erat dictatoris, ne quid absente eo rei gereret, nihil mo-
vebat, quamquam, quae facile omnem patientiam vincerent,
6 nuntiabantur a Casilino; nam et praecipitasse se quosdam non

error] Fehler aus Irrtum, Mifsgriff. Derselbe erscheint als weniger verderblich, wenn man bedenkt, dafs Hann. einen bedeutenden Teil seiner alten in Spanien geschulten Truppen in den Schlachten verloren hatte (vgl. z. B. 22, 52, 6) u. an den neu hinzukommenden Verstärkungen nur einen ungenügenden Ersatz hatte.

14. *usquam*] in irgend einer Beziehung. — *tenuit*] erhielt sich; vgl. zu Kap. 12, 2.

15. *redierunt*] ins Lager bei Casilinum. — *inpliciti*] unzertrennbar. — *via*] = *iter*, der Marsch, das Marschieren. — *excepit*] eintrat, hinzukam. — *deficiebant*] ermatteten; 21, 54, 9.

16. *aestivorum*] scil. *castrorum*, Sommerlager; Gegs. *hiberna* — *comm.*] Urlaub.

19. 1. *mitesc.*] poetischer Ausdruck.

2. *ad ult.*] Das substantiv. Neutr. des Adj. mit dem Gen. des Substant. ist bei Liv. sehr gebräuchlich: Kap. 16, 10 *ad multum diei;* 17, 11 *id praesidii;* § 13.

3. *castris R.*] nach § 8 östlich von Casilinum gegen Caiatia zu. — *Ti. Sempr.*] der *magister equitum* des Diktators (22, 57, 9).

auspic. repet. c.] Die römischen Feldherrn kehrten oft, wenn ihre Unternehmungen nicht nach Wunsch von statten gingen, nach Rom zurück, um auf dem Kapitol neue Auspicien zu holen (8, 30, 2. Kap. 36, 10; Mommsen, Staatsrecht, I 25).

4. *et ipsum*] „gleichfalls", wie das Heer des Diktators. — *Acerran.*] Viele derselben waren inzwischen unter dem Schutze des Marcellus in den vom Brande verschont gebliebenen Teil ihrer Stadt zurückgekehrt (vgl. Kap. 17, 7). — *tenebant*] = *retinebant.* — *Campanos tim., si*] kurzer Ausdruck st. *timentium, ne a Campanis opprimerentur, si* . . .

5. *adsĭd.*] mit Dat., unthätig liegen vor —, 21, 25, 6. — *praedictum*] substantiviert wie *edictum.* — *nihil mov.*] rührte sich nicht, unternahm nichts (vgl. zu Kap. 1, 1). — *vincerent*] Potentialis der Vergangenheit.

6. *praecipit. se*] wahrscheinl. *de muris*, um dabei umzukommen od.

tolerantes famem constabat, et stare inermes in muris nuda
corpora ad missilium telorum ictus praebentes. ea aegre patiens 7
Gracchus, cum neque pugnam conserere dictatoris iniussu au-
deret — pugnandum autem esse, si palam frumentum inpor-
taret, videbat — neque clam inportandi spes esset, farre ex 8
agris circa undique convecto cum conplura dolia conplesset,
nuntium ad magistratum Casilinum misit, ut exciperent dolia,
quae amnis deferret. insequenti nocte intentis omnibus in flumen 9
ac spem ab nuntio Romano factam dolia medio missa amni
defluxerunt; aequaliterque inter omnes frumentum divisum. id 10
postero quoque die ac tertio factum est: nocte et mittebantur
et perveniebant; eo custodias hostium fallebant. imbribus deinde 11
continuis citatior solito amnis transverso vertice dolia inpulit
ad ripam, quam hostes servabant. ibi haerentia inter obnata
ripis salicta conspiciuntur, nuntiatumque Hannibali est, et deinde
intentiore custodia cautum, ne quid falleret Volturno ad urbem
missum. nuces tamen fusae ab Romanis castris cum medio 12
amni ad Casilinum defluerent, cratibus excipiebantur. postremo 13
ad id ventum inopiae est, ut lora detractasque scutis pelles,
ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur nec muribus
aliove animali abstinerent et omne herbarum radicumque genus
aggeribus infimis muri eruerent. et cum hostes obarassent 14

von den Feinden getötet zu werden; vgl. Sall. Iug. 41, 9 *avaritia semet ipsa praecipitavit.* — *stare*] erg. *alios.* — *nuda*] Die Bedeutung ergiebt sich aus *inermes.*

8. *magistr.*] wahrcheinlich der oberste Magistrat, welcher also bei der Niedermetzlung eines Teiles der Einwohner verschont worden war, nicht der § 17 erwähnte Prätor. — *Casilinum*] hier wohl vom Adj. *Casilinus,* das sich sonst bei Liv. nicht findet. — *misit*] vermutlich auf einem Kahne u. bei Einbruch der Nacht.

9. *frumentum*] *farina* Frontin 3, 14, 2; *ἄλευρα* Zonar.

10. *die*] Am Tage wurden die Fässer zubereitet; doch soll *die* hier nicht einen Gegsz. zu *nocte* bilden, sondern dasselbe in sich begreifen. — *perven.*] „kamen an", 22, 18, 2.

11. *ad ripam*] Um die Stadt zu belagern, mufste die Hauptmacht der Feinde auf dem nördlichen Ufer liegen; doch unterhielt Hann. jedenfalls über den Flufs hinüber eine Verbindung mit Capua.

obnata] wohl aus der Quelle herübergenommen, ein ganz ungebräuchliches Wort, ebenso § 14 *obarare.* — *ripis*] Abl. loci ohne *in,* auffallend.

custodia] nach Frontin 3, 14, 2 *obiecta per medium amnem catena,* nach Zonar. *ἁλύσεσι.* Letzterer giebt auch an, der südlich vom Flusse gelegene Teil der Stadt sei erst jetzt von den Verteidigern aufgegeben und die beide Stadtteile verbindende Brücke abgerissen worden.

12. *nuces*] Fest. p. 173: *Nuculas Praenestinos antiqui appellabant, quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentaverant.*

consulibus profectis] Abl. abs. mit dem Part. Perf. eines transitiven Deponens sind in der guten Latinität selten; bei L. finden sich mehrfach Beispiele, vereinzelt bei Caesar und Cicero.

6. *aquae*] im Plur. die Wassermasse bezeichnend, ist häufig bei L.; *inundare,* wie hier, gewöhnlich transitiv (ebenso 38, 5); vereinzelt intrans. wie 22, 2, 2 *Arnus inundaverat* 'war ausgetreten'.

7. *plus solito*] der Compar. geht in solchen Verbindungen bei L. dem Abl. gewöhnlich voran; s. 12, 1 u. 22, 59, 2 *nobis plus iusto nostra placet causa.*

8. Das erste Paar (Q. Fab. Max. Rullianus u. P. Dec. Mus) beendete den dritten Samniterkrieg 295 durch die blutige Schlacht *in agro Sentinati* gegen Samniter, Gallier und Umbrer; das zweite Paar (L. Pap. Cursor u. Sp. Carv. Maximus) bezwang die Samniter und unterwarf fast ganz Unteritalien 272.

10. *in eo exemplum exq.*] man fragte bei ihm nicht nach einem Beispiel dafür, dass derjenige, welcher die Wahl leitete, selbst gewählt worden sei; man hätte übrigens eins gefunden an L. Postumius Gemellus i. J. 291.

suspectus] mit Gen. ist von Liv. zuerst gebraucht worden (nur hier).

10 Quo die magistratum inierunt consules, senatus in Capi-
2 tolio est habitus, decretumque omnium primum, ut consules
sortirentur conpararentve inter se, uter censoribus creandis
3 comitia haberet, priusquam ad exercitum proficisceretur. pro-
rogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus erant,
iussique in provinciis manere, Ti. Gracchus Luceriae, ubi cum
volonum exercitu erat, C. Terentius Varro in agro Piceno,
4 M. Pomponius in Gallico, et praetores prioris anni pro prae-
toribus Q. Mucius obtineret Sardiniam, M. Valerius ad Brun-
disium orae maritimae intentus adversus omnes motus Philippi
5 Macedonum regis praeesset; P. Cornelio Lentulo praetori Si-
cilia decreta provincia, T. Otacilio classis eadem, quam adver-
sus Carthaginienses priore anno habuisset.
6 Prodigia eo anno multa nuntiata sunt, quae quo magis
credebant simplices ac religiosi homines, eo plura nuntiaban-
tur: Lanuvi in aede intus Sospitae Iunonis corvos nidum fe-
7 cisse; in Apulia palmam viridem arsisse; Mantuae stagnum
effusum Mincio amni cruentum visum; et Calibus creta et
8 Romae in foro bovario sanguine pluvisse; et in vico Insteio
fontem sub terra tanta vi aquarum fluxisse, ut serias dolia-
que, quae in eo loco erant, provoluta velut impetu torrentis
9 tulerit; tacta de caelo atrium publicum in Capitolio, aedem in
campo Vulcani, arcem in Sabinis publicamque viam, murum
10 ac portam Gabiis. iam alia vulgata miracula erant: hastam
Martis Praeneste sua sponte promotam; bovem in Sicilia lo-

10. 2. *conpararentve inter se*] s. zu 9, 5.

3. *prorogatum*] auf ein Jahr.

omnibus] nicht aufgeführt ist App. Claudius (s. 7, 8), und dieser erscheint auch während der folgenden Actionen nicht mehr als selbständiger Führer, sondern als Legat des Marcellus nach dessen Ankunft in Sicilien. Vgl. zu 11, 2.

volones] vom Staat bewaffnete Sklaven, welche sich nach der Schlacht bei Cannae auf Verheissung der Freiheit freiwillig zum Kriegsdienst gestellt hatten.

4. *obtineret*] L. verbindet *iubere* mit Acc. c. inf., daneben mit *ut* und noch häufiger mit blossem Conjunctiv; letzteres besonders gern, wie hier, in Abwechslung mit der Infinitivconstruction.

intentus adversus] hier ganz vereinzelt, sonst wird *int.* mit *ad* oder *in* od. seit Liv. auch mit Dat. construiert, z. B. 25, 2, 3 *bello intentus.*

10, 6—**10,** 13. Prodigien.

6. Die Prodigien werden meist polysyndetisch an einander gereiht; hier überwiegt abweichend das Asyndeton.

in aede intus Iunonis] ist eine wohl dem gewöhnlichen Gesprächston entnommene Stellung, wie wir sagen: 'im Tempel drinnen der J.'

7. *effusum*] s. zu 1, 2.

sanguine pluvisse] bei *pluere* (im Perf. bei Liv. *pluit* u. *pluvit*, aber im Inf. stets *pluvisse*) setzt L. mit Ausnahme von 3 Stellen immer den Abl. (*terra, carne, lacte, lapideo imbri,* am häufigsten *lapidibus*).

9. *tacta*] 'vom Blitz getroffen' heisst in den Prodigien *fulmine ictus* oder *de caelo tactus.*

campo] nämlich *Martio* wie 7, 11. 9, 2.

10. *sua sponte*] in Prodigien häufig angewandt, vorzugsweise bei Bewegung lebloser Gegenstände; vgl. den Excerptor des Liv. Iulius

cutum; infantem *in* utero matris in Marrucinis 'io triumphe'
clamasse; ex muliere Spoleti virum factum; Hadriae aram in
caelo speciesque hominum circum eam cum candida veste visas
esse. quin Romae quoque in ipsa urbe secundum apum exa- 11
men in foro visum — quod mirabile est, quia rarum — ad-
firmantes quidam legiones se armatas in Ianiculo videre con-
citaverunt civitatem ad arma, cum, qui in Ianiculo essent, 12
negarent quemquam ibi praeter adsuetos collis eius cultores
adparuisse. haec prodigia hostiis maioribus procurata sunt ex 13
haruspicum responso, et supplicatio omnibus deis, quorum
pulvinaria Romae essent, indicta est.

Perpetratis quae ad pacem deum pertinebant, de re pu- 11
blica belloque gerendo et quantum copiarum et ubi quaeque
essent, consules ad senatum rettulerunt. duodeviginti legioni- 2
bus bellum geri placuit: binas consules sibi sumere, binis Gal-
liam Siciliamque ac Sardiniam obtineri: duabus Q. Fabium 3
praetorem Apuliae, duabus volonum Ti. Gracchum circa Lu-
ceriam praeesse; singulas C. Terentio proconsuli ad Picenum
et M. Valerio ad classem circa Brundisium relinqui; duas urbi
praesidio esse. hic ut numerus legionum expleretur, sex novae 4
legiones erant scribendae. eas primo quoque tempore consules 5
scribere iussi et classem parare, ut cum eis navibus, quae pro
Calabriae litoribus in statione essent, centum quinquaginta
longarum classis navium eo anno expleretur. dilectu habito 6
et centum navibus novis deductis Q. Fabius comitia censori-

Obseq. 104: *hastae Martis in regia sua sponte motae.*

'io triumphe'] vgl. **21**, 62, 2 *infantem — triumphum clamasse.*

circum] sonst braucht L. fast immer *circa*; s. 11, 3.

11. *secundum*] von *sequor* abgeleitet, 'gleich nach'; wie 18, 5. 21, 2.

12. *essent*] ist dem folgenden Conj. *negarent* assimiliert.

adsuetos] s. zu 5, 9.

11. Vorbereitungen zum Kriege. Ausrüstung von Landheer und Flotte.

1. *pacem deum*] 'Frieden mit' . .

2. *duodeviginti*] hier, wie auch später, sind die spanischen Legionen nicht mitgezählt. Der dort geführte Krieg wird als ein besonderer behandelt, daher auch die Verlängerung des *imperium* der beiden dort commandierenden Scipionen 10, 3 u. 44, 4 übergangen wird; wogegen dies **25**, 3, 6 für das J. 212 Erwähnung findet.

3. *Fabium*] Fabius wird erst hier, nicht 10, 4, erwähnt, weil es sich dort um Fortführung des *imperium* handelte.

duabus] ist Abl.; zuerst ist *praeesse* zwar mit *Apuliae* zu verbinden (12, 7 *maritimae orae reique navali praeesset.* **26**, 28, 5 *Galliae et legionibus praeesset*); hinterher abs. = 'commandieren', wie **25**, 16, 7 (*Mago*) *in Bruttiis praeerat;* ebenso werden *praeficere* u. *praeponere* von L. (u. Caesar) absolut gebraucht.

ad Picenum] *ad* 'bei', wie *ad classem*, 9, 9 und 10, 3 *ad exerc.*, 48, 9 *ad regem* u. oft; hier ungenau statt *in agro Piceno.*

5. *pro*] zunächst in räumlicher Beziehung wie **25**, 18, 5 *stationes pro porta stabant.* **27**, 18, 1 *pro castris equitum stationes habebant*; vgl. ebd. § 3 *in castra conpulsi equites sunt;* dann 'zum Schutze'.

6. *deductis*] vgl. Caes. BC. **2**, 3, 2 *navem ex navalibus — deducit.*

bus creandis habuit; creati M. Atilius Regulus et P. Furius Philus.

7 Cum increbresceret rumor bellum in Sicilia esse, T. Otacilius eo cum classe proficisci iussus est. cum deessent nautae, consules ex senatus consulto edixerunt, ut, qui L. Aemilio C. Flaminio censoribus milibus aeris quinquaginta ipse aut pater eius census fuisset usque ad centum milia, aut cui postea tanta res esset facta, nautam unum cum sex mensum stipen-
8 dio daret; qui supra centum milia usque ad trecenta, tris nautas cum stipendio annuo; qui supra trecenta usque ad deciens aeris, quinque nautas; qui supra deciens, septem; senatores
9 octo nautas cum annuo stipendio darent. ex hoc edicto dati nautae armati instructique ab dominis cum triginta dierum coctis cibariis naves conscenderunt. tum primum est factum, ut classis Romana sociis navalibus privata inpensa paratis conpleretur.

12 Hic maior solito adparatus praecipue conterruit Campanos, ne ab obsidione Capuae bellum eius anni Romani inci-
2 perent. itaque legatos ad Hannibalem oratum miserunt, ut

7. *aeris*] wobei *assium* zu ergänzen. Der schwere As wurde 217 reduciert; vgl. Plin. n. h. **33**, 13, 45 *Q. Fabio Maxumo dictatore asses unciales facti placuitque denarium sedecim assibus permutari. ita res publica dimidium lucrata est, in militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datus est.*

aut pater eius] schliesst sich ohne Rücksicht auf das Relativum nur an *ipse* an, beides ist als eine Apposition zum Subject anzusehen, die wir mit 'und zwar' einleiten.

9. *cocta cibaria*] vornehmlich Schiffszwieback.

socii navales] = *nautae* 'Matrosen', **26**, 35, 3 specieller *remiges* geheissen. Sie stehen in Gegensatz zu der militairischen Bemannung, und daher ist der Name gekommen, weil ursprünglich letzteres Römer, ersteres *socii* waren. Wie übrigens *armati* beweist, erhielten sie sogar Waffenstücke; denn es ist nicht zu bezweifeln, dass sie mitunter am Kampfe selbst theilgenommen haben.

tum primum] im J. 242 wurde die Flotte, mit welcher Catulus im folgenden Jahre den ganzen Krieg gegen Carthago beendigte, von den reichsten Bürgern nach dem Masstab ihres Vermögens hergestellt. Es ward jedenfalls ein Zwang von Seiten des Senats ausgeübt; die römischen Geschichtschreiber stellen aber das Ganze als einen Act freier, opferwilliger Vaterlandsliebe hin.

12—13. Hannibals abermaliger Angriff auf Puteoli. Gesandtschaften von Tarent u. Nola. Aufbruch des Marcellus.

1. *solito*] s. zu 9, 7.

adparatus] = Zurüstungen; seltener im Plur. wie **25**, 1, 10 'Ausrüstungsgegenstände'.

conterruit ne] = *metu conterruit ne;* vgl. **10**, 14, 18 *vero — metu terruere Samnitium animos.* ebd. § 20 *maxime territos, ne — opprimerentur.*

2. *oratum ut*] nach dem Supinum auf *um* lässt L. theils einen Objectssatz folgen, theils verbindet er (im Gegensatz zum Gebrauch des Cicero) ein Object damit; letzteres jedoch zufällig nicht bei *oratum.* Ueberhaupt aber ist in letzterem Falle auch bei ihm *ad* mit Gerundivum das gewöhnliche. Zu vgl. ist 29, 1 *legati praesidium orantes*

Capuam exercitum admoveret: ad eam oppugnandam novos
exercitus scribi Romae, nec ullius urbis defectioni magis in-
fensos eorum animos esse. id quia tam trepide nuntiabant, 3
maturandum Hannibal ratus, ne praevenirent Romani, profec-
tus Arpis ad Tifata in veteribus castris super Capuam con-
sedit. inde Numidis Hispanisque ad praesidium simul castro- 4
rum simul Capuae relictis cum cetero exercitu ad lacum Averni
per speciem sacrificandi, re ipsa, ut temptaret Puteolos quod-
que ibi praesidium erat, descendit. Maximus, postquam Han- 5
nibalem Arpis profectum et regredi in Campaniam adlatum est,
nec die nec nocte intermisso itinere ad exercitum redit et Ti. 6
Gracchum ab Luceria Beneventum copias admovere, Q. Fa-
bium praetorem — is filius consulis erat — *ad* Luceriam
Graccho succedere iubet. — In Siciliam eodem tempore duo prae- 7
tores profecti, P. Cornelius ad exercitum, T. Otacilius, qui
maritimae orae reique navali praeesset. et ceteri in suas quis- 8
que provincias profecti; et quibus prorogatum imperium erat,
easdem quas priori anno regiones obtinuerunt.

Ad Hannibalem, cum ad lacum Averni esset, quinque no- 13
biles iuvenes ab Tarento venerunt, partim ad Trasumennum
lacum partim ad Cannas capti dimissique domos cum eadem
comitate, qua usus adversus omnes Romanorum socios Poenus
fuerat. ei memores beneficiorum eius perpulisse magnam par- 2
tem se iuventutis Tarentinae referunt, ut Hannibalis amicitiam
ac societatem quam populi Romani mallent, legatosque ab
suis missos rogare Hannibalem, ut exercitum propius Taren-
tum admoveat. si signa eius, si castra conspecta a Tarento 3

venerunt, wo das *orantes*, gleich *oraturi*, weniger auffällt als in Verbindung mit *mittere*, wie es gleichfalls oft gefunden wird z. B. **25**, 13, 2 *legatos ad Hannibalem miserunt orantes, ut* . ., wo *orantes* Acc. ist nach **21**, 6, 2 *legati Romam missi auxilium orantes.*

eorum] erklärt der Zusammenhang.

3. *Arpis*] ebenso § 5. Nach Liv. Sprachgebrauch wäre *ab Arpis* das gewöhnliche; denn L. setzt zu Städtenamen vorwiegend *a* und *ab* hinzu (Cicero u. Caesar fast immer ohne Präp., wenn sie nicht die Umgegend einer Stadt bezeichnen); so § 6 *ab Luceria.* 13, 1 *ab Tarento* u. sonst; doch s. 30, 11.

Tifata] *mons imminens Capuae* (**26**, 5, 4), **7**, 29, 6 *imminentes Capuae colles* genannt.

4. *ad lacum Averni*] ebenso 13, 1. 20, 14; *ad lacum Timavi* **41**, 1, 2, wie auch Fluss- und Bergnamen (13, 6 *ad Miseni promunturium.* 41, 4 *ad montem Victoriae*) bisweilen im Genet. hinzugefügt werden. Der Avernersee spielte im Aberglauben des Volkes eine grosse Rolle, indem man dorthin den Eingang zur Unterwelt versetzte.

6. *ad Luceriam*] hinzugesetzt wie **45**, 17, 5 *alterum succedere C. Licinio in Galliam oportet:* 'in die Gegend um L.', wie 14, 1 *ad Beneventum*; 17, 1 *ad Nolam.*

13. 1. *Poenus*] Hannibal s. zu 47, 7.

2. *propius*] wie 41, 4 *propius pacata loca castra communivere;* mit auffälliger Anastrophe **23**, 46, 9 *Capuam propius movit castra.* Auch *proxime* regiert bei L. stets den Acc., s. 48, 11.

sint, haud ullam intercessuram moram, quin urbs *in potestatem eius tradatur:* in potestate iuniorum plebem, in manu ple-
4 bis rem Tarentinam esse. Hannibal conlaudatos eos oneratosque ingentibus promissis domum ad coepta maturanda redire iubet: se in tempore adfuturum esse. hac cum spe dimissi
5 Tarentini. ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi. urbem esse videbat cum opulentam nobilemque tum maritimam et in Macedoniam opportune versam, regemque Philippum hunc portum, si transiret in Italiam, *quoniam* Brundisium Romani
6 haberent, petiturum. sacro inde perpetrato, ad quod venerat, et, dum ibi moratur, pervastato agro Cumano usque ad Miseni promunturium, Puteolos repente agmen convertit ad op-
7 primendum praesidium Romanum. sex milia hominum erant, et locus munimento quoque, non natura modo tutus. triduum ibi moratus Poenus ab omni parte temptato praesidio, deinde, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum ma-
8 gis ira quam potiundae urbis spe processit. adventu eius in propincum agrum mota Nolana est plebs, iam diu aversa ab Romanis et infesta senatui suo. itaque legati ad arcessendum Hannibalem cum haud dubio promisso tradendae urbis vene-
9 runt. praevenit inceptum eorum Marcellus consul a primoribus accitus. die uno Suessulam a Calibus, cum Vulturnus amnis
10 traicientem moratus esset, contenderat; inde proxima nocte sex milia peditum equites *quingentos, qui* praesidio senatui essent, Nolam intromisit. et uti a consule omnia inpigre facta sunt ad
11 praeoccupandam Nolam, ita Hannibal tempus terebat, bis iam ante nequiquam temptata re segnior ad credendum Nolanis factus.
14 Iisdem diebus et Q. Fabius consul ad Casilinum temptan-

4. *onerati*] vgl. **25**, 8, 6 *conlaudati oneratique promissis* und so oft = 'reichlich mit etwas versehen'.

5. *incesserat*] *ipsum cupido incesserat* (wofür L. auch *i. c. ceperat* sagt) ist die bei L. stehende Construction mit Ausnahme von 4, 57, 10, wo sich der Dativ findet: *cura patribus incessit.*

regemque] *que* ist hier folgernd 'und daher' wie 25, 11 'und sofort'; 31, 11 u. 32, 9 'und somit'; 45, 14 explicativ 'und zwar'.

7. *ut procedebat*] s. zu 1, 6.

processit] s. zu 19, 6.

temptato praesidio] ist dem *moratus* coordiniert, deutsch mit 'und' anzuschliessen; *deinde* folgt dem *moratus* wie **21**, 50, 8 *transgressus — gratulatus — precatusque — statum deinde insulae — exposuit.*

9. *cum*] 'obgleich': durch diesen Zusatz wird die an sich bedeutende Leistung des römischen Heeres noch erhöht.

11. *segnior ad*] vgl. **44**, 12, 4 *praetor segnior ad alia factus consilia erat. ad* nach einem Adj. drückt die Beziehung aus, in welcher das Adj. statt hat: ein Graecismus (πρός), den L. sehr oft anwendet (auch Cic., und *facilis ad intellegendum* ist ganz gewöhnlich); vgl. **26**, 16, 3 *virum se fortissimum ab nequaquam pari ad virtutem occidi.* Auch eine innere Beziehung zu lebenden Wesen bezeichnet *ad* und ist dann oft = *apud,* z. B. 32, 2 *ad militare genus omne partemque magnam plebis invisum esse nomen Romanum.*

14. Gracchus und Hanno nähern sich Benevent. An-

dum, quod praesidio Punico tenebatur, venit, et ad Beneven-
tum velut ex composito parte altera Hanno ex Bruttiis cum
magna peditum equitumque manu, altera Ti. Gracchus ab Lu-
ceria accessit. qui primo oppidum intravit, deinde, ut Hanno- 2
nem tria milia ferme ab urbe ad Calorem fluvium castra po-
suisse et inde agrum populari audivit, et ipse egressus moeni-
bus mille ferme passus ab hoste castra locat. ibi contionem
militum habuit. legiones magna ex parte volonum habebat, 3
qui iam alterum annum libertatem tacite mereri quam postu-
lare palam maluerant. senserat tamen hibernis egrediens mur-
mur in agmine esse quaerentium, en umquam liberi militaturi
essent, scripseratque senatui non tam quid desiderarent, quam 4
quid meruissent: bona fortique opera eorum se ad eam diem
usum, neque ad exemplum iusti militis quicquam eis praeter
libertatem deesse. de eo permissum ipsi erat, faceret quod e 5
re publica duceret esse. itaque priusquam cum hoste manum
consereret, pronuntiat tempus venisse eis libertatis, quam diu
sperassent, potiundae. postero die signis conlatis dimicatu- 6
rum puro ac patenti campo, ubi sine ullo insidiarum metu
vera virtute geri res posset. qui caput hostis rettulisset, eum 7

sprache des ersteren an die *volones.*

2. *tria milia*] mit Ergänzung von *passuum,* wie 3, 3 u. sonst.

Calor] ein Nebenfluss des Volturnus, an welchem Beneventum liegt.

et ipse] gehört zu *castra l.*, er bezieht 'gleichfalls' ein Lager.

contionem] der Zweck derselben wird § 5 mit *itaque* angegeben.

3. *volonum*] s. 10, 3 *ubi cum volonum exercitu erat.*

murmur quaerentium] solche (bei L. häufige) Gen. Plur. des Part. Praes. sucht man deutsch durch abstracte Subst. wiederzugeben; *murm.* wird Adj. 'halblaut'.

en militaturi essent] in der Form unwilliger Frage einen lebhaften Wunsch ausdrückend; stets bei L. *en umquam*, eine Wendung des Gesprächtons. Vor *quis* u. *quid* wird *en* zu *ec* und verbindet sich mit denselben zu einem Worte.

4. *bona fortique opera — usum*] vgl. 22, 59, 11 *illis bonis ac fortibus militibus utemini;* jenes gewöhnlicher, wie 47, 11 *opera eorum forti ac fideli resp. usa est*; ebenso 23, 46, 6. *fortis* u. *fidelis* sind diejenigen Bezeichnungen, mit welchen Bundesgenossen belobt zu werden pflegen. Der Loskauf der bei Cannae gefangen genommenen Römer widerräth Manlius Torquatus mit den Worten (22, 60, 20) *quem ad modum hi boni fidelesque (nam fortes ne ipsi quidem dixerint) cives esse possunt?*

iusti] wie 41, 5 *cum iusto exercitu advenit*; vgl. 25, 1, 3 *iusti ducis speciem nactus;* wir volksthümlich: ein 'richtiger'.

5. *permittere de*] bei L. nicht selten, doch meist ohne abhängigen Satz (wie hier *faceret*); vgl. § 8 u. 28, 45, 2 *Fulvius postulavit a consule, ut palam in senatu diceret, permitteretne patribus, ut de provinciis decernerent* u. ebd. § 6 *consul senatui de provinciis permittit.*

6. *puro*] = *plano,* frei von hindernden Gegenständen, ist selten; häufiger (wie 31, 39, 10) *libero campo.* Der blosse Abl. auf die Frage Wo? ist bei L. ganz gewöhnlich.

se extemplo liberum iussurum esse; qui loco cessisset, in eum
8 servili supplicio animadversurum; suam cuique fortunam in manu esse. libertatis auctorem eis non se fore solum, sed consulem M. Marcellum, sed universos patres, quos consultos
9 ab se de libertate eorum sibi permisisse. litteras inde consulis ac senatus consultum recitavit. ad quae clamor cum ingenti adsensu est sublatus. pugnam poscebant, signumque ut
10 daret extemplo ferociter instabant. Gracchus proelio in posterum diem pronuntiato contionem dimisit. milites laeti, praecipue quibus merces navatae in unum diem operae libertas futura erat, armis expediendis quod relicum *erat diei* consumunt.
15 postero die ubi signa coeperunt canere, primi omnium parati instructique ad praetorium conveniunt. sole orto Gracchus in aciem copias educit; nec hostes moram dimicandi fecerunt.
2 decem septem milia peditum erant, maxima ex parte Bruttii ac Lucani, equites mille ducenti, inter quos pauci admodum
3 Italici, ceteri Numidae fere omnes Maurique. pugnatum est et acriter et diu; quattuor horis neutro inclinata est pugna. nec alia magis Romanum impediebat res quam capita hostium
4 pretia libertatis facta: nam ut quisque hostem inpigre occiderat,

7. *iussurum esse*] *iubere bellum, legem* u. a. bezeichnet die Entscheidung des *populus*; hier wählt Gracchus diesen feierlichen Ausdruck statt *velle,* weil er bei der bevorstehenden Handlung der Vertreter des Volkswillens ist; übrigens ist *esse* zu *liberum* zu ergänzen, vgl. 16, 9.

loco cessisset] *locus* ist die dem einzelnen Soldaten angewiesene Stellung in der Schlachtreihe oder der Posten überhaupt, welchen er ohne höchste Schande und harte Strafe nicht preisgeben darf (*loco cedere*, *locum deserere*, Gegensatz *in loco manere;* 37, 4 *nec loco suo miles abscedebat*); daher sagt Pinarius von seinem Standpunkt als *praefectus* 37, 9: *praesidio decedere apud Romanos capital est,* und Sallust lobt an den Soldaten des Catilina (C. 61, 2) in der Schlacht bei Pistoria: *quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat.*

servili supplicio] war das Leben verwirkt, so wurde der freie Römer mit dem Beile hingerichtet, der Sklave an das Kreuz geschlagen.

8. *sed — sed*] wie 8, 34, 7 *non L. Papirium, sed tribunos, sed pravum populi iudicium posteros accusaturos.*

quos] = *nam eos;* ebenso 26, 11 *a qua.*

9. *ad quae*] *ad* oft die äussere Veranlassung ausdrückend = 'auf etwas hin, bei'; so 30, 5. 31, 4. 37, 1.

10. *consumunt*] Constr. wie **25**, 37, 7 *omne inde tempus muniendis castris convehendisque commeatibus consumpsit;* ebenso wird *absumere* gebraucht (20, 14).

15—16. Schlacht bei Benevent. Die Sklaven frei. Siegesjubel in Benevent.

1. *signa c. canere*] 'ertönen'; so (46, 2) oder *signa concinunt* (**30**, 5, 2) heisst es bei L. oft; anders ist 46, 6 *canere* 'blasen' (nämlich *cornu*).

primi conv.] wer diese ersten waren, ergiebt der Zusammenhang.

parati instructique] eine häufige Verbindung; s. 37, 4. 40, 5.

2. *decem septem*] vgl. *septem decem* 49, 1, wofür L. sonst auch *decem et septem* sagt, z. B. **28**, 4, 6 *decem et septem naves*, und seltener in zusammengezogener Form *septemdecim* (**22**, 57, 9).

primum capite aegre inter turbam tumultumque abscidendo
terebat tempus; deinde occupata dextra tenendo caput fortissi-
mus quisque pugnator esse desierat, segnibus ac timidis tra-
dita pugna erat. quod ubi tribuni militum Graccho nuntiave- 5
runt, neminem stantem iam vulnerari hostem, carnificari
iacentes, et in dextris militum pro gladiis humana capita esse,
signum dari propere iussit, proicerent capita invaderentque
hostem: claram satis et insignem virtutem esse nec dubiam 6
libertatem futuram strenuis viris. tum redintegrata pugna est,
et eques etiam in hostes emissus. quibus cum inpigre Numidae 7
occurrissent, nec segnior equitum quam peditum pugna esset,
iterum in dubium adducta res. cum utrimque duces, Roma-
nus Bruttium Lucanumque totiens a maioribus suis victos sub-
actosque, Poenus mancipia Romana et ex ergastulo militem
verbis obtereret, postremo pronuntiat Gracchus esse nihil, quod 8
de libertate sperarent, nisi eo die fusi fugatique hostes essent.
ea demum vox ita animos accendit, ut renovato clamore, 16
velut alii repente facti, tanta vi se in hostem intulerint, ut
sustineri ultra non possent. primo antesignani Poenorum, dein 2
signa perturbata, postremo tota inpulsa acies; inde haud dubie

4. *turbam tumultumque*] Allitteration; ebenso 25, 4, 10; *tumultus ac trepidatio* 25, 13, 10. Vgl 35, 2 *diruit ac diripit.* 38, 8 *lacus lucosque.*

pugnator] ist ἅπ. εἰϱ. in der ganzen class. Latinität.

5. *quod ubi*] *quod* ist Obj. zu *nuntiav.*, welches hinterher durch den Acc. c. inf. näher erklärt wird; ebenso 37, 5 u. öfter. L. liebt die Wendung aber so sehr, dass sich bie Bedeutung des *quod* im Gebrauche abschwächt und wie in *quod si* u. a. bloss die Verbindung mit dem Vorhergehenden anzeigt; z. B. 6, 8, 2 *quod ubi videre ipsum Camillum vadentem in hostes, procurrunt.*

carnificari] ἅπ. εἰϱ. mit verächtlichem Sinne (Asyndeton adversativum).

signum dare] die 'Ordre' geben, oft von L. im Sinne des einfachen *edicere* gebraucht; z. B. 27, 1, 8 *signo equitibus dato, ut — circumvecti pars castra hostium, pars terga trepidantium invaderent.*

7. *quibus*] weil *eques* vorher collectiv gesetzt ist.

ex ergastulo militem] Stellung wie 3, 1.

mancipia Romana verbis obtereret] eine kurze (prägnante) Ausdrucksweise statt *Romanos obterendo mancipia esse diceret;* denn nicht die *mancipia*, sondern die Römer werden herabgesetzt als *manc.* Ebenso 23, 43, 10 *populi Romani obterit ut senescentem cum viribus maiestatem,* kurz statt: *maiestatem obterit eamque senescere dicit.*

16. 1. *demum*] deutet an, dass die vorhergehenden Worte keinen besonderen Eindruck gemacht haben.

accendit] im figürlichen Gebrauch des Wortes 'entflammen' gebraucht L. stets *accendere*, nicht *incendere*; letzteres nur an 3 Stellen der 1. Dekade, in welchem der Sprachgebrauch des L. noch schwankt. Also *accensus ira, odio, spe, amore* u. s. w.; *accendere animos*, *certamen*, *proelium* u a.

2. *antesignani*] L. überträgt die römische Heeresaufstellung auf die Punier; *antes.* sind *hastati* u. *principes;* die *signa* stehen unter Deckung der Triarier und werden mit ihnen zugleich in Verwirrung gebracht; (*signa* also die 'Fähnlein' oder 'die bei den Fahnen'); die *tota acies* umfasst noch *velites* und *equites.*

terga data, ruuntque fugientes in castra adeo pavidi trepidi-
que, ut ne in portis quidem aut vallo quisquam restiterit; ac
prope continenti agmine Romani insecuti novum de integro
3 proelium inclusi hostium vallo ediderunt. ibi sicut pugna in-
peditior in angustiis, ita caedes atrocior fuit. et adiuvere
captivi, qui rapto inter tumultum ferro conglobati et ab tergo
4 ceciderunt Poenos et fugam impedierunt. itaque minus duo
milia hominum ex tanto exercitu, et ea maior pars equitum,
cum ipso duce effugerunt; alii omnes caesi aut capti; capta
5 et signa duodequadraginta. ex victoribus duo milia ferme ce-
cidere. praeda omnis praeterquam hominum captorum militi
concessa est; et pecus exceptum est, quod intra dies triginta
domini cognovissent.

6 Cum praeda onusti in castra redissent, quattuor milia fer-
me volonum militum, quae pugnaverant segnius nec in castra
inruperant simul, metu poenae collem haud procul castris ce-
7 perunt. postero die per tribunos militum inde deducti contione
8 militum advocata a Graccho superveniunt. ubi cum proconsul
veteres milites primum, prout cuiusque virtus atque opera in
9 ea pugna fuerat, militaribus donis donasset, tunc, quod ad vo-
lones attineret, omnes ait malle laudatos a se dignos indignos-
que, quam quemquam eo die castigatum esse. quod bonum
faustum felixque rei publicae ipsisque esset, omnes eos liberos
10 esse iubere. ad quam vocem cum clamor ingenti alacritate
sublatus esset, ac nunc conplexi inter se gratulantesque, nunc
manus ad caelum tollentes bona omnia populo Romano Graccho-
11 que ipsi precarentur, tum Gracchus 'priusquam omnes iure li-

novum de integro] ein bei L. nicht seltener Pleonasmus.

4. *et ea*] dem *maior pars* assimiliert statt *et ii:* (wie 18, 8): 'und zwar (und noch dazu) waren sie (umfassten sie) die Mehrzahl der Reiter'.

5. *hominum*] abhängig von *praeda*, ein Gen. epexeg., 'eine *praeda*, die aus *hom.* bestand', so auch *pr. pecorum, armentorum;* vgl. 20, 4 *praedae pecudum hominumque actae.*

6. *militum*] ist überfl., ebenso 31, 8. 32, 7 bei *mercennariorum militum;* an allen drei Stellen wäre die Voranstellung des *militum* das gewöhn., allein L. will die anderen Begriffe betonen. Die Zahl 4000 ist sehr hoch gegriffen; doch ist festzuhalten, dass sich ausser den 8000 Sklaven, die sich wohl grösstentheils im Heere des Gr. befanden, noch 6000 Verbrecher und Schuldner ausgehoben waren (**23**, 14, 4), die gleichfalls meist unter Sempronius standen.

8. *veteres milites*] die wohl namentlich unter den *socii* zu vermuthen sind.

primum] = *primo*, wie oft bei L., z. B. 40, 2.

9. *quemquam*] denn der Sinn ist *omnes volo laudatos, neminem castigatum.*

quod bonum f. f. e.] diese feierliche Formel, mit welcher sonst begonnen wird, findet sich vereinzelt (z. B. **10**, 8, 12) auch am Schluss von Reden in der Versammlung; hier unmittelbar vor der eigentlichen Haupthandlung.

11. *tum*] beginnt bei L. den Nachsatz ziemlich oft, auch nach dem Abl. abs. findet es sich, s. 45, 8; vgl. 13, 7; seltener *tunc* (**25**, 8, 9 sogar *tunc vero*); oben § 9 ent-

bertatis aequassem' inquit, 'neminem nota strenui aut ignavi
militis notasse volui: nunc exsoluta iam fide publica, ne dis- 12
crimen omne virtutis ignaviaeque pereat, nomina eorum, qui
detractatae pugnae memores secessionem paulo ante fecerunt,
referri ad me iubebo, citatosque singulos iure iurando adigam,
nisi cui morbus causa erit, non aliter quam stantes cibum po- 13
tionemque, quoad stipendia facient, capturos esse. hanc mul-
tam ita aequo animo feretis, si reputabitis nulla ignaviae nota
leviore vos designari potuisse'. signum deinde colligendi vasa 14
dedit; militesque praedam portantes agentesque per lasciviam
ac iocum ita ludibundi Beneventum rediere, ut ab epulis *per* 15
celebrem festumque diem actis, non ex acie reverti viderentur.
Beneventani omnes turba effusa cum obviam ad portas exissent, 16
complecti milites, gratulari, vocare in hospitium. adparata con- 17
vivia omnibus in propatulo aedium fuerant: ad ea invitabant
Gracchumque orabant, ut epulari permitteret militibus. et
Gracchus ita permisit, *si* in publico epularentur omnes ante
suas quisque fores. prolata omnia. pilleati aut lana alba ve- 18

spricht *tunc* dem vorhergehenden *primum*.

nota — notasse] wie 23, 11, 5 *coronatus laurea corona*, oft *donis donare* (§ 9) u. a. m. *notasse* steht aoristisch für unser deutsches Praesens, oft bei L., besonders nach *volo, nolo, malo;* z. B. 22, 59, 10 *nec premendo alium me extulisse velim.* 23, 15, 10 *sibi adsumpsisse quam hosti ademisse fortem ac strenuum maluit socium accitumque ad se benigne appellat;* vgl. § 9.

12. *fidem exsolvere*] ist häufig; vgl. 18, 5 *exsolvere iusiurandum.* 26, 31, 10 *mea fides exsoluta est.*

citatos] näml. *nominatim,* ebenso 18, 3.

13. *causa*] wozu Grund sei, ergiebt der Zusammenhang; doch sagen wir deutsch genauer 'Behinderungsgrund'; ebenso 18, 7.

erit] und weiterhin *facient* sind beibehaltene Formen der or. recta.

stantes] bezieht sich auf die *cena,* bei welcher sich der Soldat bequem lagerte. Justin (32, 4, 10) lobt an Hannibal, dass er weder auf dem Kriegszuge in Italien, noch später, als er zu Hause die höchste Gewalt in Händen hatte, *cubantem cenasse.*

multa] eigentlich Geldstrafe, ist hier allgem. = *poena.*

ita — si] = bei der Lage der Dinge, wenn: insofern wenn (unter der Bedingung dass); vgl. 37, 7. 38, 8.

designare] 'kenntlich machen' wie 4, 29, 6 *Postumius nulla tristi nota est insignitus;* mehrfach *insignis nota.*

14. *portantes ag.*] häufiger werden *ferre* u. *agere* (z. B. 22, 3, 7) zusammengestellt, ein Ausdr., welcher dem griech. ἄγειν καὶ φέρειν nachgebildet zu sein scheint; vgl. 38, 18, 15 *quae ferre atque agere possunt prae se agentes portantesque Olympum montem petunt.*

15. *non*] = 'und (aber) nicht' in scharfen u. kurzen Gegensätzen.

17. *omnibus*] Dat. = *ab omn.,* den L. bei pass. Part. ganz gewöhnlich setzt.

in propatulo] dem sogen. Atrium; 25, 12, 15 *apertis ianuis in propatulis epulati sunt.*

epulari perm.] sonst bei L. *ut* oder blosser Conj.; vgl. Cic. in Verr. 5 § 22 *iudicibus coniecturam facere permittam.* Corn. Nep. Con. 4, 1 *ei permisit, quem vellet, eligere ad dispensandam pecuniam.*

18. *pilleati*] u. *lana alba* als Zeichen der Freiheit, vgl. 32, 9 *servi ad pilleum vocati;* auch der Hut war weiss.

latis capitibus volones epulati sunt, alii accubantes, alii stan-
19 tes, qui simul ministrabant vescebanturque. digna res visa,
ut simulacrum celebrati eius diei Gracchus, postquam Romam
rediit, pingi iuberet in aede Libertatis, quam pater eius in
Aventino ex multaticia pecunia faciendam curavit dedicavitque.
17 Dum haec ad Beneventum geruntur, Hannibal depopulatus
2 agrum Neapolitanum ad Nolam castra movet. quem ubi ad-
ventare consul sensit, Pomponio propraetore cum eo exercitu,
qui super Suessulam in castris erat, accito ire obviam hosti
3 parat nec moram dimicandi facere. C. Claudium Neronem cum
robore equitum silentio noctis per aversam maxime ab hoste
portam emittit, circumvectumque occulte subsequi sensim agmen
hostium iubet et, cum coortum proelium videret, ab tergo se
4 obicere. id errore viarum an exiguitate temporis Nero exsequi
5 non potuerit, incertum est. absente eo cum proelium commis-
sum esset, superior quidem haud dubie Romanus erat; sed quia
equites non adfuere in tempore, ratio compositae rei turbata
est. non ausus insequi cedentes Marcellus vincentibus suis si-
6 gnum receptui dedit. plus tamen duo milia hostium eo die caesa
7 traduntur, Romani minus quadringenti. solis fere occasu Nero
diem noctemque nequiquam fatigatis equis hominibusque ne
viso quidem hoste rediens adeo graviter est ab consule incre-
pitus, ut per eum stetisse diceret, quo minus accepta ad Can-

19. *digna — ut*] die Anwendung des Rel. pron. war hier nicht möglich, ebenso wenig **23**, 42, 13 *quos ut socios haberes dignos duxisti, haud indignos iudicas, quos — tuearis* wegen des schon gesetzten *quos;* L. verschmäht es aber auch sonst z. B. **22**, 59, 17 *indigni, ut redimeremur a vobis, visi sumus.*

multaticius] ist eine eigene Bildung des L.; das Wort findet sich bei ihm oft, bei anderen Schriftst. überhaupt gar nicht.

17. Hannibal erleidet bei Nola eine Schlappe u. bricht nach Tarent auf.

2. *Pomponio*] M. Pomponius Matho war 217 u. 216 *praetor peregrinus*, 215 u. 214 *propraetor* für Gallien, wie sich aus 10, 3 ergiebt. Die Kriegsverhältnisse hatten aber den Senat veranlasst *Galliam, quamquam stimulabat iusta ira, omittere eo anno* (215), und auch im J. 214 scheint Pomp. vielleicht auf Grund eines ähnlichen Senatsbeschlusses zunächst mit nach dem Süden gegangen, erst später in seine Provinz Ariminum (Gallien) marschiert zu sein. 44, 3 wird ihm für diesen Bezirk ein Nachfolger bestellt, der seine Truppen übernimmt.

super Suessulam] war ein von Marcellus im vorigen Jahre als Proconsul errichtetes u. nach ihm *castra Claudiana* benanntes Lager.

3. *portam*] die hier bezeichnete heisst *porta decumana* (die 10ten Cohorten der einzelnen Legionen lagen ihr am nächsten), dem Feinde zugekehrt ist die *porta praetoria*, die ihren Namen von der Nähe des 15, 1 erwähnten *praetorium* hat.

ab tergo se obicere] hat L. öfter verbunden, ohne dass man fliehende Feinde zu denken hätte, allg. = 'sich stürzen'; passender wäre *a fronte* u. selbst *a lateribus.*

7. *equis hominibusque*] nicht zu verwechseln mit *equis virisque,* was Cavallerie und Infanterie bezeichnet, hier 'Ross und Reiter'.

nas redderetur hosti clades. postero die Romanus in aciem 8
descendit, Poenus, tacita etiam confessione victus, castris se
tenuit. tertio die silentio noctis omissa spe Nolae potiundae,
rei numquam prospere temptatae, Tarentum ad certiorem spem
proditionis proficiscitur.

Nec minore animo res Romana domi quam militiae gere- 18
batur. censores vacui ab operum locandorum cura propter in- 2
opiam aerarii ad mores hominum regendos animum adverte-
runt castigandaque vitia, quae, velut diutinis morbis aegra cor-
pora ex sese gignunt, eo nata bello erant. primum eos cita- 3
verunt, qui post Cannensem *cladem de Italia deserenda agitasse*
dicebantur. princeps eorum M. Caecilius Metellus quaestor tum
forte erat. iusso deinde eo ceterisque eiusdem noxae reis cau- 4
sam dicere, cum purgari nequissent, pronuntiarunt verba ora-
tionemque eos adversus rem publicam habuisse, quo coniuratio
deserendae Italiae causa fieret. secundum eos citati nimis cal- 5
lidi exsolvendi iuris iurandi interpretes, qui captivorum ex iti-
nere regressi clam in castra Hannibalis solutum, quod iurave-
rant redituros, rebantur. his superioribusque illis equi adempti, 6
qui publicum equom habebant, tribuque moti aerarii omnes

redderetur] derselbe Ausdr. 20, 2, unser 'heimgeben'.

8. *tacita*] die *tacita confessio*, eigentlich ein rhetorisches *ὀξύμωρον*, wird durch das *se tenere* abgelegt.

18. Innere Angelegenheiten. Amtliche Thätigkeit der Censoren.

2. *mores regere*] (*morum regimen*) der gewöhnl. Ausdr. für die von den Censoren ausgeübte Beaufsichtigung (das 'in Ordnung halten') der Sitten und des Lebenswandels.

animum adv.] man erwartete wie 4, 45, 4 *adv. animos* in offener Form, während die zusammengezogene weit häufiger bei L. (u. den Classikern) ist; ebenso 48, 4.

gignunt] nämlich *vitia*.

3. *citaverunt*] s. zu 16, 12.

4. *verba habere*] ist eine bei L. vereinzelt auch ohne *or.* vorkommende Verbindung statt *verba facere*.

5. *secundum*] s. zu 10, 11.

interpretes] die gewöhnl. Ueberlieferung (22, 58, 8. Cic. de off. 1 § 40. Polyb. bei Cic. ebd. 3 § 113) erzählte diese Schlauheit von einem, der unter dem Vorwande, etwas vergessen zu haben, umkehrte; Gellius (6, 18, 9) von zweien, andere (L. 22, 61, 8) von zehn; eine Mehrheit (also wohl 10) setzt auch unsere Stelle voraus.

nimis callidi] Cicero (de off. 3 § 113) sagt davon: *fuit stulta calliditas perverse imitata prudentiam.*

qui captivorum] der partit. Gen. wird nicht selten in den Relativsatz gezogen; z. B. 2, 23, 9 *magno cum periculo suo, qui forte patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt;* vgl. 19, 11.

redituros] genauer bei Cic. de off. 1 § 40: *se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent.*

6. *qui*] einschränkend 'soweit sie' (wie § 7 *quibus*); denn denen, welche *suis equis* dienten (solche werden 18, 15 angedeutet), konnten sie nicht genommen werden. Auch handelte es sich hier um Beraubung der Würde, die § 7 mit *equester ordo* (diesen bildeten damals die *equites equo publico*) bezeichnet ist; vgl. 42, 10, 4 *omnis, quos senatu moverunt quibusque equos ademerunt, aerarios fecerunt et tribu moverunt. tribu moti* ohne in eine andere, geringere (*tr. urbana*) ver-

7 facti. neque senatu modo aut equestri ordine regendo cura se
censorum tenuit: nomina omnium ex iuniorum tabulis excerpse-
runt, qui quadriennio non militassent, quibus neque vacatio
8 iusta militiae neque morbus causa fuisset. et ea supra duo
9 milia nominum in aerarios relata tribuque omnes moti, addi-
tumque tam truci censoriae notae triste senatus consultum, ut
ei omnes, quos censores notassent, pedibus mererent mitteren-
turque in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias, cui mili-
tum generi non prius, quam pulsus Italia hostis esset, finitum
10 stipendiorum tempus erat. cum censores ob inopiam aerarii
se iam locationibus abstinerent aedium sacrarum tuendarum
curuliumque equorum praebendorum ac similium his rerum,
11 convenire ad eos frequentes qui hastae huius generis adsueve-
rant, hortarique censores, ut omnia perinde agerent locarent,
ac si pecunia in aerario esset: neminem nisi bello confecto
12 pecuniam ab aerario petiturum esse. convenere deinde domini
eorum, quos Ti. Sempronius ad Beneventum manu emiserat,
arcessitosque se ab triumviris mensariis esse dixerunt, ut pretia
servorum acciperent: ceterum non ante quam bello confecto
13 accepturos esse. cum haec inclinatio animorum plebis ad sus-
tinendam inopiam aerarii fieret, pecuniae quoque pupillares

setzt zu werden, sondern vollständig zu *aerarii* degradiert, die ohne Stimmrecht und willkürlicher Besteuerung ausgesetzt waren.

7. *regendo*] s. zu § 2.

se tenuit] 'beschränkte sich'; häufiger hat L. diese Constr. bei Ortsbezeichnungen, wie 17, 8.

quibus] s. zu § 6.

8. *ea*] s. zu 16, 4.

tribuque — m.] ist eigentlich ein überflüssiger Zusatz (weil ein *aerarius* keiner *tr.* angehörte), wie in der zu § 6 citierten Stelle.

9. *esset*] aus dem Sinne derer, welche die Frist festgestellt hatten, des Senats.

finitum erat] die Dienstzeit war 'begrenzt' d. h. fand ihr Ende.

10. *se abstinerent*] häufiger bloss *abst.* intrans. s. 26, 11, dann *abst. aliquem aliqua re.*

tueri] 'in Stand erhalten'; vgl. **23**, 38, 12 *pecunia ad classem tuendam decreta est,* worin auch die Bemannung eingeschlossen ist.

curules equi] sind die Pferde vor den Processionswagen (*quadrigae*), welche bei den Circensischen Spielen die Götterbilder trugen.

11. *hastae*] bei allen Lieferungen für den Staat wurde das Mindestgebot berücksichtigt, wie beim Verkauf von Beutestücken u. a. das Meistgebot. In beiden Fällen war die aufgesteckte *hasta* ein äusseres Merkmal für die stattfindende Handlung. Daher unser 'subhastieren'.

agerent locarent] direct haben sie gesagt: *omnia perinde agite locate, ac si* . ., daher auch das Asyndeton; in der Abhängigkeit müssen wir es übersetzen etwa mit 'getrost verdingen'. Galba sagt bei Tac. (Hist. **1**, 41) zu seinen Mördern 'wohlan, schlagt zu'; indirect *agerent ac ferirent*, wo wegen des *ac* das *agerent* selbständiger wird und übersetzt werden muss 'sie sollten nur machen und zuschlagen'.

12. *manu emiserat*] der blosse Abl. bei *emittere* sowie *de manibus emittere* (**21**, 48, 6) ist bei L. seltener als die Präposition *ex* (**22**, 3, 10). Den blossen Abl. verbindet L. gewöhnlicher mit dem Simplex *mittere*, z. B. **41**, 9, 11.

13. *inclinatio an. ad*] ebenso 23, 4.

primo, deinde viduarum coeptae conferri, nusquam eas tutius 14
sanctiusque deponere credentibus qui deferebant quam in publi-
ca fide. inde si quid emptum paratumque pupillis ac viduis
foret, a quaestore perscribebatur. manavit ea privatorum be- 15
nignitas ex urbe etiam in castra, ut non eques, non centurio
stipendium acciperet, mercennariumque increpantes vocarent
qui accepisset.

Q. Fabius consul ad Casilinum castra habebat, quod duum 19
milium Campanorum et septingentorum militum Hannibalis tene-
batur praesidio. praeerat Statius Metius missus ab Cn. Magio 2
Atellano, qui eo anno medix tuticus erat, servitiaque et plebem
promiscue armarat, ut castra Romana invaderet intento con-
sule ad Casilinum oppugnandum. nihil eorum Fabium fefellit.
itaque Nolam ad collegam mittit, altero exercitu, dum Casili- 3
num oppugnatur, opus esse, qui Campanis opponatur: vel ipse 4
relicto Nolae praesidio modico veniret, vel, si eum Nola te-
neret, necdum securae res ab Hannibale essent, se Ti. Grac-
chum proconsulem a Benevento acciturum. hoc nuntio Mar- 5
cellus duobus militum milibus Nolae in praesidio relictis cum
cetero exercitu Casilinum venit, adventuque eius Campani iam
moventes sese quieverunt. ita ab duobus consulibus Casilinum 6
oppugnari coepit. ubi cum multa succedentes temere moenibus
Romani milites acciperent vulnera, neque satis inceptum suc-

14. *viduae*] auch die unverheirathet gebliebenen Mädchen mitbezeichnend.

deponere] ohne *se,* s. zu 6, 5.

deferre] = *conferre,* wie kurz vorher.

foret] ist der bei L. häufige Conj. iterativus.

perscribebatur] 'wurde eine Anweisung gegeben', die nach den damaligen Verhältnissen wohl ebenfalls nicht sogleich eingelöst wurde, wenigstens ward so aber ein moralischer Druck auf die Verkäufer ausgeübt.

15. *aliquem mercenn. increpans voco*] ich 'schelte Jem. einen Miethling', wofür auch *aliquem ut mercennarium increpo* gesagt werden kann (**35**, 39, 7: *Magnetas ut ingratos increpat*). Das blosse *aliq. mercennarium increpo* erst bei Tacitus; doch nähert sich dieser Ausdrucksweise schon L. 8, 32, 13 *increpabant inclementem dictatorem* sie schalten den D. grausam; eig. aber = *increpabant inclementiam dictatoris.*

19. Wiedereroberung von Casilinum durch Fabius.

1. *duum*] s. zu 8, 10.

2. *Atellano*] aus Atella; der *medix tuticus* war *summus magistratus apud Campanos* (**23**, 35, 13. **26**, 6, 13); die beiden Worte sind oscisch und bedeuten so viel wie 'Landpfleger' (*medix* hängt mit dem Stamm des Verbums *med-eri, tuticus* mit *totus* zusammen).

3. *oppugnatur*] der Modus der directen Rede ist beibehalten, was L. öfters thut; bei *dum* ist es gerade nicht häufig.

4. *securus*] eig. von Personen 'unbekümmert, sorgenlos', hier 'gefahrlos' = *tutus* u. so wie dies mit *a* constr.; vgl. **39**, 1, 6 *qui nullum locum quietum aut securum esse sineret.*

5. *in praesidio*] *relinqui* oder *esse* 'auf Posten', wie *in praes. inponi* 'auf P. gestellt werden'; ähnlich *in subsidiis rel.* 'in Reserve'.

6. *coepit*] s. zu 7, 10.

inceptum succederet] dieselbe persönl. Constr. **42**, 58, 1 *inceptum*

cederet, Fabius omittendam rem parvam ac iuxta magnis dif-
ficilem abscedendumque inde censebat, cum res maiores insta-
7 rent; Marcellus multa magnis ducibus sicut non adgredienda
ita semel adgressis non dimittenda esse dicendo, quia magna
famae momenta in utramque partem fierent, tenuit, ne inrito
8 incepto abiretur. vineae inde omniaque alia operum machina-
tionumque genera cum admoverentur, Campanique Fabium
9 orarent, ut abire Capuam tuto liceret, paucis egressis Mar-
cellus portam, qua egrediebantur, occupavit, caedesque pro-
miscue omnium circa portam primo, deinde inruptione facta
10 etiam in urbe fieri coepta est. quinquaginta fere primo egressi
Campanorum, cum ad Fabium confugissent, praesidio eius Ca-
puam pervenerunt. Casilinum inter conloquia cunctationemque
11 petentium fidem per occasionem captum est, captivique Cam-
panorum quique Hannibalis militum erant Romam missi atque
ibi in carcere inclusi sunt; oppidanorum turba per finitimos
populos in custodiam divisa.

20 Quibus diebus a Casilino re bene gesta recessum est, eis
Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione conscriptas
2 cum praefecto socium in agros hostium praedatum misit. eos
effuse palatos Hanno adortus haud multo minorem, quam ad

non succedebat, vgl. 26, 5 *consilia procedunt;* sonst gewöhnlich unpersönlich, wie 38, 3 *fraudi parum succedit*, 25, 37, 19 *si successisset coeptis.* Ganz ähnlich wie an unserer Stelle dasselbe Verbum in verschiedener Bedeutung nach kurzem Zwischenraum wiederholt ist, findet sich 13, 7 *Poenus, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum processit.*

iuxta magnis] = *iuxta ac magnas*; denn *iuxta* gebraucht L. synonym mit *pariter* (vgl. 28, 20, 6 *trucidant inermis iuxta atque armatos, feminas pariter ac viros*); beide Wörter hat er je einmal mit dem Dat. statt mit *ac* verbunden: *iuxta* hier, *pariter* 38, 16, 10 *ut* (*gentes*), *pariter ultimae propinquis, imperio parerent.*

7. *tenuit ne*] vgl. 23, 20, 10 *tenuerunt optimates, ut urbem ac muros firmarent:* 'durchsetzen'; sonst *pervincere ut,* z. B. 23, 5, 1.

momenta] der Satz wird leicht verstanden aus Caes. BC 3, 70, 2 *ita parvae res magnum in utramque rem momentum habuerunt;* vgl. 23, 39, 4 *tantum navis una capta cum legatis momenti fecit ad dilationem imminentis belli.* Die Sache also, auf welche ein 'entscheidender Einfluss' ausgeübt wird, steht mit *ad.* (29, 35, 12 *quorum adventus hoc momenti fecit, ut Scipio abscederet inrito incepto:* hängt *ut* von *hoc* ab).

inrito incepto abiretur] vgl. 2, 7, 1 *ut omissa irrita re abirent.* 5, 4, 1 *abducere infecta re a Veis exercitum noluerunt.*

8. *omnia alia*] s. zu 22, 15.

9. *paucis egressis*] zu ergänzen 'nach Bewilligung des freien Abzugs'.

10. *praesidio*] 'Schutz' wie 1, 18, 3 *quo praesidio unus per tot gentes pervenisset?*

20. Fabius verwüstet Samnium. Hannibal vor Tarent.

1. *cum praefecto socium*] 'unter der Anführung' (so L. oft); wollen wir 'mit' sagen, so muss das Verhältnis umgekehrt werden: 'ein *pr. s.* mit einigen Cohorten'. Die *praef. s.* waren meist selbst Römer, so auch 40, 8 *duo milia militum mittit cum praefecto socium Q. Naevio.* 36, 3 *naves longae cum Bomilcare classis praefecto in portum decurrere.*

Beneventum acceperat, reddidit hosti cladem atque in Brut-
tios raptim, ne Gracchus adsequeretur, concessit. consules 3
Marcellus retro, unde venerat, Nolam rediit; Fabius in Sam-
nites ad populandos agros recipiendasque armis quae defece-
rant urbes processit. Caudinus Samnis gravius devastatus: 4
perusti late agri, praedae pecudum hominumque actae; oppida 5
vi capta Conpulteria Telesia Compsa inde, Fugifulae et Orbi-
tanium ex Lucanis; Blanda et Apulorum Aecae oppugnatae.
milia hostium in his urbibus viginti quinque capta aut occisa, 6
et recepti perfugae trecenti septuaginta, quos cum Romam
misisset consul, virgis in comitio caesi omnes ac de saxo
deiecti. haec a Q. Fabio intra paucos dies gesta. Marcellum 7
ab gerundis rebus valetudo adversa Nolae tenuit. et a prae- 8
tore Q. Fabio, cui circa Luceriam provincia erat, Acuca oppidum
per eos dies vi captum, stativaque ad Ardaneas communita.
Dum haec aliis locis ab Romanis geruntur, iam Tarentum 9
pervenerat Hannibal cum maxima omnium, quacumque ierat,
clade; in Tarentino demum agro pacatum incedere agmen 10
coepit. nihil ibi violatum neque usquam via excessum est;
apparebatque non id modestia militum aut ducis, sed ad con-
ciliandos animos Tarentinorum fieri. ceterum cum prope moe- 11
nibus successisset, nullo ad conspectum primum agminis, ut
rebatur, motu facto castra ab urbe ferme passus mille locat.

2. *reddidit*] wie 17, 7.

adsequi] wie oft, absolut gesetzt.

potestate esse: itaque integro secum foedere bellum Romanos
cum iis gesturos, neque sese defuturos ei bello, ita ut in po-
testatem redacti suae rursus dicionis essent, sicut pax conve-
nisset.

Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos, Ap- 30
pio quoque accito, ut altera parte adgrederetur, tanto ardore
militum est usus ab ira inter condiciones pacis interfectae sta-
tionis, ut primo impetu urbem expugnarent. Hippocrates at- 2
que Epicydes postquam capi muros refringique portas videre,
in arcem sese cum paucis recepere; inde clam nocte Herbesum
perfugiunt. Syracusanis octo milium armatorum agmine pro- 3
fectis domo ad Mylan flumen nuntius occurrit captam urbem
esse, cetera falsa mixta veris ferens: caedem promiscuam mi- 4
litum atque oppidanorum factam, nec quicquam puberum ar-

7. *regibus*] näml. denen von Syrakus.

9. *eximendum*] von den Syrak. und Römern, *non accipiendum* 'abgelehnt' w. von den Leontinern.

12. *secum foedere*] ist eng zusammenzunehmen 'das mit ihnen bestehende B.', vgl. zu 3, 1.

sicut pax convenisset] natürlicher wäre *sicut convenisset* ohne *pax;* nun erhält *sicut* die Bedeutung von 'unter welcher Bedingung'.

30. Leontini von Marcellus erobert. Ein syrakusanisches Hülfscorps wendet sich gegen Herbesus, wohin Hippokrates und Epikydes sich geflüchtet haben.

1. *ab ira*] s. zu 24, 5.

condiciones pacis] sind hier die Friedensunterhandlungen.

2. *videre — recepere*] ist ein bei L. nicht häufiger Reim, doch ebenso 36, 4. 41, 4; gewöhnlich wechselt er zwischen *ere* u. *erunt* od. *ere* u. Praes. hist. od. in anderer Weise. Verschieden 30, 14, wo *orare* Inf. ist.

clam nocte] Gegensatz *luce palam* (**22**, 24, 6).

3. *agmine*] hier mit Gen., die Begleitung ausdrückend, oft auch allein 'im Zuge' wie **22**, 30, 1 *agmine incedentes.*

Mylan] dieser Fluss, wie die Stadt Herbesus, auf dem Wege von Syrakus nach Leontini.

4. *quicquam puberum*] ähnlich oft z. B. **23**, 9, 3 *quidquid deorum est*; vgl. zu 31, 8.

bitrari superesse; direptam urbem, bona locupletium donata.
5 ad nuntium tam atrocem constitit agmen, concitatisque omni-
bus duces — erant autem Sosis ac Dinomenes —, quid age-
6 rent, consultabant. terroris speciem haud vanam mendacio
praebuerant verberati ac securi percussi transfugae, ad duo
7 milia hominum; ceterum Leontinorum militumque aliorum nemo
post captam urbem violatus fuerat, suaque omnia eis, nisi
quae primus tumultus captae urbis absumpserat, restitueban-
8 tur. nec ut Leontinos irent, proditos ad caedem commilitones
querentes, perpelli potuere, nec ut eodem loco certiorem nun-
9 tium expectarent. cum ad defectionem inclinatos animos cer-
nerent praetores, sed eum motum haud diuturnum fore, si
10 duces amentiae sublati essent, exercitum ducunt Megara, ipsi
cum paucis equitibus Herbesum proficiscuntur spe territis om-
11 nibus per proditionem urbis potiundae. quod ubi frustra eis
fuit inceptum, vi agendum rati postero die Megaris castra
12 movent, ut Herbesum omnibus copiis oppugnarent. Hippocrates
et Epicydes, non tam tutum prima specie quam unum spe
undique abscisa consilium esse rati, ut se militibus permitte-
rent et adsuetis magna ex parte sibi et tum fama caedis com-
13 militonum accensis, obviam agmini procedunt. prima forte
signa sescentorum Cretensium erant, qui apud Hieronymum
meruerant sub eis et Hannibalis beneficium habebant, capti
14 ad Trasumennum inter Romanorum auxilia dimissique. quos
ubi ex signis armorumque habitu cognovere, Hippocrates

donata] die Ellipse des aus dem Zusammenhange zu ergänzenden Dativs nähert das absolute Verbum *donare* hier unserem 'verschenken'. Solche Auslassungen sind bei L. häufig; z. B. 31, 2 *pervasit rumor* 'verbreitete sich' d. G., eigentlich *ordines pervasit r.* (wie 39, 8). **30**, 30, 20 *nusquam minus quam in bello eventus respondent:* 'entsprechen der Erwartung'.

5. *ad nuntium*] s. zu 14, 9.

6. *terroris speciem haud vanam*] das Adj. *vanam* hat sich an *speciem* angeschlossen, weil *terroris speciem* als ein Begriff zu nehmen ist; genauer hätte sich L. ausgedrückt, wenn er gesagt hätte: *terroris haud vani speciem;* wir mit Vertauschung der Redetheile: 'Schein schrecklicher Wahrheit'.

7. *sua*] steht auch in Beziehung auf einen obliquen Casus oder überhaupt auf den Besitzer, dem etwas als Eigenthum zugehört; z. B. 3, 9 *circumsedente cum Bruttiis eos etiam plebe sua.* **25**, 24, 13 *quae virtus ei fortunaque sua dederat.*

8. *proditos ad*] vgl. **26**, 12, 11 *se quoque in omnis cruciatus proditos incusabant.*

9. *fore*] zu *fore* ist aus *cernerent* ein *intellegerent* oder schwächer *putarent* zu ergänzen.

11. *frustra fuit*] war 'erfolglos'. Vgl. Sall. Jug. 93, 1 *trahere cum animo, omitteretne inceptum, quoniam frustra erat*; auch 61, 1 *videt frustra inceptum* ist *inceptum* Subst.

Megaris] s. zu 12, 3.

12. *spe abscisa*] vgl. 31, 12 *spem praecidere.*

consilium ut] ist eine bei Liv. (und Cicero) nicht seltene Construction; so auch nach *c. capere,* z. B. **25**, 34, 7 *temerarium cepit consilium, ut nocte Indebili obviam iret.*

13. *beneficium habebant*] waren im Besitz einer W.; wir: 'hatten ihm zu danken'.

atque Epicydes ramos oleae ac velamenta alia supplicum por-
rigentes orare, ut reciperent sese, receptos tutarentur neu pro-
derent Syracusanis, a quibus ipsi mox trucidandi populo Ro-
mano dederentur. enimvero conclamant, bonum ut animum 31
haberent: omnem se cum illis fortunam subituros. inter hoc 2
conloquium signa constiterant, tenebaturque agmen; necdum,
quae morae causa foret, pervenerat ad duces. postquam Hip-
pocraten atque Epicyden *adesse* pervasit rumor, fremitusque
toto agmine erat haud dubie adprobantium adventum eorum,
extemplo praetores citatis equis ad prima signa perrexerunt.
qui mos ille, quae licentia Cretensium esset rogitantes conlo- 3
quia serendi cum hoste iniussuque praetorum miscendi eos
agmini suo, conprehendi inicique catenas iusserunt Hippocrati.
ad quam vocem tantus extemplo primum a Cretensibus clamor 4
est ortus, deinde exceptus ab aliis, ut facile, si ultra tende-
rent, appareret eis timendum esse. solliciti incertique rerum 5
suarum Megara, unde profecti erant, referri signa iubent nun-

14. *velamenta*] wollene Binden, mit denen Hülfeflehende ihre Hände oder die Oelzweige, die sie nach griech. Sitte trugen, umwanden. Vgl. Cic. in Verr. 4 § 110 *praesto sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.*

a quibus dederentur] *dederentur* steht ungenau für den Conj. Fut., welchen L. auch sonst (z. B. nach *non dubito quin*) nicht selten, um die ungebräuchliche Umschreibung zu umgehen, mit dem Conj. Impf. wiedergiebt (ähnlich 22, 14 *trucidarentur*); hier wird die Zukunft ausserdem durch *mox* angedeutet.

31. Hippokrates und Epikydes gewinnen das Corps der Syrakusaner für sich.

1. *enimvero*] 'ja wahrhaftig' d. h. jenen beiden glückte ihr Plan, den L. vorher als einziges Rettungsmittel bezeichnet hatte.

2. *pervenerat*] 'es war durchgedrungen' sagen auch wir, eig. aber ist, wie bei *pervasit* in der folgenden Zeile, *rumor* zu denken,

pervasit] s. zu 30, 4 *donata.*

erat] s. zu 1, 6.

fremitus adprobantium] 'Geschrei der Freude über' oder 'ein willkommen heissendes Geschrei'. Der Gen. Plur. des Part. Praes. vertritt oft ein abstractes Subst. der deutschen Sprache; vgl. 22, 5, 4 *paventium clamores* 'Geschrei der Angst'. 23, 22, 7 *fremitus indignantium* 'dumpfe Aeusserungen der Entrüstung'. 22, 43, 3 *initio fremitus, deinde aperta vociferatio fuit exposcentium stipendium debitum querentiumque annonam primo, postremo famem.* Sagt daher L. 1, 6, 2 *secuta ex omni multitudine consentiens vox*, so wäre auch hier *consentientium vox* das gewöhnlichere gewesen (aber es klang schlecht). Ein solches Part. im Dat. s. 37, 2.

3. *mos*] da *licentia* eine Steigerung des vorhergehenden *mos* bezeichnet, so muss dies mit 'Unsitte' übersetzt werden.

rogitantes] s. zu 21, 8.

conprehendi] hierzu ist auch nur *Hippocratem* zu denken; vgl. zu 24, 1.

4. *exceptus*] 'aufgenommen' d. i. 'fortgesetzt'; gewöhnlicher wird dies *excipere* activisch angewandt 5, 42, 6 *nox diem excepit* ('folgte auf') 6, 33, 11 *tollitur clamor ab Tusculanis; excipit maior ab exercitu R.* 25, 23, 8 *alia spes, postquam haec vana eraserat, excepit* (ohne Obj. 'stellte sich in der Folge ein') u. a. m.

5. *incertus*] mit Gen. s. zu 24, 9.

6 tiosque de statu praesenti Syracusas mittunt. fraudem quoque
Hippocrates addit inclinatis ad omnem suspicionem animis et
Cretensium quibusdam ad itinera insidenda missis velut inter-
7 ceptas litteras, quas ipse composuerat, recitat: 'praetores Sy-
racusani consuli Marcello'. secundum salutem, ut adsolet,
scriptum erat recte eum atque ordine fecisse, quod in Leonti-
8 nis nulli pepercisset. sed omnium mercennariorum militum
eandem esse causam, nec umquam Syracusas quieturas, donec
quicquam externorum auxiliorum aut in urbe aut in exercitu
9 suo esset. itaque daret operam, ut eos, qui cum suis praeto-
ribus castra ad Megara haberent, in suam potestatem redigeret
10 ac supplicio eorum liberaret tandem Syracusas. haec cum re-
citata essent, cum tanto clamore ad arma discursum est, ut
11 praetores inter tumultum pavidi abequitaverint Syracusas. et
ne fuga quidem eorum seditio conpressa est, impetusque in
Syracusanos milites fiebant; nec ab ullo temperatum foret, ni
Epicydes atque Hippocrates irae multitudinis obviam issent,
12 non a misericordia aut humano consilio, sed ne spem reditus
praeciderent sibi, et cum ipsos simul milites fidos haberent

6. *et*] ist explicativ 'und zwar'.

addit] nämlich zu dem bisher erlangten Erfolge; der Umstand, welcher im folgenden Abl. abs. ausgedrückt ist, macht ihn kühn.

velut] 'angeblich', eig. 'gleich als wenn er — wäre', was er aber, wie der Relativsatz angiebt, thatsächlich nicht war.

7. *ut adsolet*] wird von L. vorzugsweise bei Angabe von Opfern, religiösen Gebräuchen und Festen gesetzt und kennzeichnet sich so als ein alterthümlicher Sacralausdruck. Hier ist *ut adsolet* ungewöhnlich, man erwartete: *ut solet, ut fit* oder drgl., doch soll augenscheinlich damit auf eine durch den langen Gebrauch festbegründete, gewissermassen unantastbare Formel hingewiesen werden.

recte atque ordine] ist die Formel, mit welcher Handlungen und Anordnungen Jemandes von Seiten einer Behörde (namentlich des Senats) gutgeheissen werden; z. B. **30**, 42, 9 *Scipionem recte atque ordine fecisse videri et facere, quod eos in vinclis habeat.*

8. *mercennariorum mil.*] s. zu 16, 6.

causam] s. zu 21, 1.

nec umquam] ganz ähnlich **21**, 10, 3 *nec umquam, donec sanguinis nominisque Barcini quisquam supersit, quietura Romana foedera.* Wegen *quicquam* 'im Geringsten etwas' vgl. u. a. **4**, 60, 1 *effectum esse fatentur, ut nemo, donec quicquam virium superesset, sanguini suo parceret.*

9. *suis*] ihren syrakus. Führern Sosis und Dinomenes.

10. *abequitaverint*] das Verbum ist ἅπ. εἰρ. im Latein.

11. *et*] s. zu 27, 7.

impetusque] wegen *que* s. zu 13, 5.

temperatum] *temp.* construiert Liv. in der Bedeutung 'schonen' (*parcere*) mit Dat., in der Bedeutung 'sich enthalten' (*abstinere*) mit der Präp. *a.* Wie dies bei Personen = *parcere* ist, so sagt L. umgekehrt einmal (**25**, 25, 6) *ut a caedibus parceretur* (ebd. § 9 *a caedibus temperatum est*). Im Passiv vertritt *temperatum est* regelmässig die Perfectformen des Verbum *parcere.*

12. *a misericordia*] s. zu 24, 5.

et cum ipsos] die vorhergehende Finalpart. *ne* erstreckt ihre Kraft in positivem Sinne auch auf diesen Satz.

simul obsides, tum cognatos quoque eorum atque amicos tanto 13
merito primum, dein pignore sibi conciliarent. expertique, 14
quam vana aut levi aura mobile volgus esset, militem nancti
ex eo numero, qui in Leontinis circumsessi erant, subornant,
ut Syracusas perferret nuntium convenientem eis, quae ad
Mylan falso nuntiata erant, auctoremque se exhibendo ac velut 15
visa, quae dubia erant, narrando concitaret iras hominum.

Huic non apud volgum modo fides fuit, sed senatum quo- 32
que in curiam introductus movit. haud vani quidam homines
palam ferre perbene detectam in Leontinis esse avaritiam et
crudelitatem Romanorum. eadem, si intrassent Syracusas, aut
foediora etiam, quo maius ibi avaritiae praemium esset, factu-
ros fuisse. itaque claudendas cuncti portas et custodiendam 2
urbem censere. sed non ab iisdem omnes timere nec eosdem
odisse: ad militare genus omne partemque magnam plebis in-
visum esse nomen Romanum; praetores optimatiumque pauci, 3
quamquam inflati vano nuutio erant, tamen ad propius prae-
sentiusque malum cautiores esse. et iam ad hexapylum erant 4

13. *pignore*] zum Gedanken ist 1, 7 zu vergleichen.

14. *aura*] eig. Anwehen, Zuwehen, 'Einwirkung'; in der häufigen Verbindung *aura popularis*, die selbst *mobilis* ist, die 'Volksgunst'.

mobilis] 'leicht zu bewegen', wie 37, 2 *inexpugnabilis;* 34, 5 *inhabilis* 'schwer zu handhaben' (Gegensatz **22**, 46, 5 *gladii brevitate habiles*) und andere Adjectiva auf *bilis* mit passiver Bedeutung oft bei L.

ex eo numero] = *ex eorum numero* (47, 13); so sehr oft, z. B. **26**, 1, 8 *dum ne quem militem legeret ex eo numero, quibus senatus missionem reditumque in patriam negasset ante belli finem.*

32—33, 9. Ueberrumpelung von Syrakus. Die punische Partei am Staatsruder. Offener Bruch mit Rom.

1. *vanus*] ist als Eigenschaft des Menschen oft 'wankelmüthig' (45, 3), *haud vanus* 'charakterfest'; hier: 'einige sonst ch'., anders 35, 5.

palam ferre] ist eine häufige Verbindung bei L., Cic. *aperte ferre* 'laut erklären'; *ferre* als Verb. dic. überhaupt bei L. beliebt.

perbene detectam] die Verbindung des Adj. mit dem Verbum erspart dem Schriftsteller einen besonderen, das im Adv. liegende Urtheil aussprechenden Satz: 'es sei sehr gut (ein grosses Glück), dass . .'; vgl **30**, 15, 7 *nuntia melius me morituram fuisse, si* . . **35**, 49, 11 *male crediderunt regiae vanitati* u. so oft bei L.

2. *non ab iisdem omnes timere*] näml. nicht alle vor den Römern; zur Constr. vgl. 38, 9 *ne quid ab Himilcone timeri possit;* (**23**, 36, 1 *ab Hannibale metuens*); ebenso beim Subst. **45**, 26, 7 *cum maior a Romanis metus timorem a principibus suis vicisset.*

militare genus] = *militares homines*, wie L. **42**, 33, 3 sagt (vgl. 23, 10); ebenso **34**, 27, 9 *hi sunt iam inde antiquitus castellani, agreste genus,* wofür sonst (z. B. **25**, 1, 4) *agrestes* allein steht.

invisum ad genus omne] statt des Dat. oder *apud;* s. zu 13, 11.

3. *inflatus*] eig. 'aufgeblasen' wie 6, 8. 22, 8, hier ungewöhnlich im Sinne von *incitati, inflammati;* wir sagen wegen *vano nuntio* 'irre geleitet', vgl. **6**, 11, 6 *his opinionibus inflato animo, ad hoc vitio quoque ingenii vehemens et inpotens.*

praesentius] 'drohender'.

4. *et*] 'und wirklich, und in der

Hippocrates atque Epicydes, serebanturque conloquia per pro-
pinquos popularium, qui in exercitu erant, ut portas aperirent
sinerentque communem patriam defendi ab impetu Romano-
5 rum. iam unis foribus hexapyli apertis coepti erant recipi,
cum praetores intervenerunt. et primo imperio minisque, deinde
auctoritate deterrendo, postremo, ut omnia vana erant, obliti
maiestatis precibus agebant, ne proderent patriam tyranni ante
6 satellitibus et tum corruptoribus exercitus. sed surdae ad om-
nia aures concitatae multitudinis erant, nec minore intus vi
quam foris portae effringebantur, effractisque omnibus toto
7 hexapylo agmen receptum est. praetores in Achradinam cum
iuventute popularium confugiunt. mercennarii milites perfu-
gaeque et quidquid regiorum militum Syracusis erat agmen
8 hostium augent. ita Achradina quoque primo impetu capitur,
praetorumque nisi qui inter tumultum effugerunt omnes inter-
ficiuntur. nox caedibus finem fecit. postero die servi ad pil-
leum vocati et carcere vincti emissi, confusaque haec omnis
multitudo Hippocraten atque Epicyden creant praetores; Sy-
racusaeque, cum breve tempus libertas adfulsisset, in antiquam
servitutem reciderant.

33 Haec nuntiata cum essent Romanis, ex Leontinis mota
2 sunt extemplo castra ad Syracusas. et ab Appio legati per

That'; gewöhnlich folgt in dieser Bedeutung sogleich das Verbum auf *et*, wie 34, 1.

popularium] s. zu 27, 2.

5. *hexapyli*] s. zu 21, 7.

foribus apertis] ist nicht Abl. abs.; s. § 6 und 25, 30, 8 *cum expositos milites porta recepisset Moericus;* vgl. zu 21, 7.

deterrendo] könnte ganz fehlen, denn mit *agebant* sind alle Ablat. zeugmatisch zu verbinden (vgl. 22, 18, 8 *non imperio modo, sed consilio etiam ac prope precibus agens cum magistro equitum*); das *det.* tritt zu *auct.* erklärend hinzu = *cum deterrerent* (Impf. de con.) wie 4, 9 *deponendo.*

ut vana erant] s. zu 1, 6.

ante satellitibus u. *tum corruptoribus*] s. zu 3, 1.

6. *ad*] wie § 3 *cautus ad* die Beziehung ausdrückend, in der das Adj. statt hat; vgl. 9, 7, 3 *fixi in terram oculi et surdae ad omnia solacia aures.*

7. *in Achradinam*] 23, 4 ohne die Präposition.

8. *praetorumque*] ist Gen. part. zu *nisi qui;* man sollte darnach 'blieb niemand am Leben' erwarten, wie zu *omnes* eig. *praetoresque* gehört hätte. Ebenso, wie hier, steht *nisi qui* bei posit. Hauptsatz 30, 7 *omnia eis nisi quae — absumpserat, restituebantur;* das gewöhnliche ist in diesem Fall *praeterquam* (oder *praeter*), wie 16, 5.

9. *creant*] s. zu 3, 15.

Syracusaeque] wegen *que* s. zu 13, 5.

antiquam] = *pristinam*, wie 3, 58, 1 *Claudius — antiquam in patriam se contulerat:* so in classischer Prosa selten.

servitutem] denn nun hatten sie zwei Strategen erwählt, welche nach der Ansicht des Livius ohne jedes Interesse für die Stadt nur ihren Zwecken nachgingen und wie die Tyrannen das Wohl der Regierten ihren Plänen opferten.

33. 2. *ab Appio*] vorangestellt, um den Namen zu betonen; *missi* ist mit *erant* zu verbinden.

portum missi forte in quinqueremi erant. praemissa quadrire-
mis cum intrasset fauces portus, capitur; legati aegre effuge-
runt. et iam non modo pacis sed ne belli quidem iura relicta 3
erant, cum Romanus exercitus ad Olympium — Iovis id tem-
plum est — mille et quingentos passus ab urbe castra posuit.
inde quoque legatos praemitti placuit; quibus, ne intrarent ur- 4
bem, extra portam Hippocrates atque Epicydes obviam cum
suis processerunt. Romanus orator non bellum se Syracusanis, 5
sed opem auxiliumque adferre ait et eis, qui ex media caede
elapsi perfugerint ad se, et eis, qui metu oppressi foediorem
non exilio solum sed etiam morte servitutem patiantur. nec 6
caedem nefandam sociorum inultam Romanos passuros: itaque
si eis, qui ad se perfugerint, tutus in patriam reditus pateret,
caedis auctores dedantur et libertas legesque Syracusanis re-
stituantur, nihil armis opus esse; si ea non fiant, quicumque
in mora sit, bello persecuturos. ad ea Epicydes, si qua ad 7
se mandata haberent, responsum eis ait se daturos fuisse; cum
in eorum, ad quos venerint, manu res Syracusana esset, tum
reverterentur; si bello lacesserent, ipsa re intellecturos nequa- 8
quam idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare. ita le-
gatis relictis portas clausit.

quinqueremi] welche in einiger Entfernung auf die *quadriremis* folgte, so dass die Gesandten noch rechtzeitig kehrt machen konnten. Penteren, Schiffe mit fünf Ruderreihen über einander, wurden zuerst vom Tyrannen Dionysios I. erbaut, waren aber schon im ersten punischen Kriege als Kriegsschiffe allgemein gebräuchlich.

fauces portus] wie 27, 8 *ostium portus* der Eingang vom grösseren Hafen in den kleineren, da sonst die Wegnahme des Schiffes wohl nicht so leicht gewesen wäre.

3. *belli iura*] insofern ein Angriff auf die Gesandten gemacht war.

relicta erant] sie waren 'übrig gelassen', waren 'unangetastet geblieben', waren 'beachtet worden'.

Olympium] auch in der Form Ὀλυμπίειον (nicht zu verwechseln mit dem Juppitertempel am Forum 21, 9), lag südlich vom Anapusfluss, 15 Stadien vom südlichen Rande der Stadt.

4. *inde quoque*] wie schon vorher aus dem Lager von Marcellus (29, 5) und von Appius (§ 2).

praemitti] 'voraus'-schicken, wie 7, 1.

5. *orator*] wird von L. sehr oft im Sinne von *legatus* gebraucht, zuweilen verschieden *orator* Unterhändler auf eigene Faust, *legatus* der officielle; hier ist *orator* der Sprecher der Gesandtschaft.

6. *et*] scheinbar an dritter Stelle, fügt vielmehr mit 'und so' an ein zweigliedriges Asyndeton einen neuen Gedanken an, s. zu 21, 3. Man beachte den Wechsel des Tempus in *pateret* und *dedantur*.

in mora esse] = *morae esse* = *impedimento esse;* so sagt L. nicht selten, wie überhaupt *mora* bei ihm oft trans. 'Verzögerung' heisst.

7. während der Gesandte so gesprochen hat, wie er vor dem Senat des Staates, an den er geschickt ist, hätte sprechen müssen, antwortet Epikydes im Namen der jetzt das Uebergewicht habenden punischen Partei (*se*) und weist daher alle Vorschläge kurz ab.

mandata haberent] im Sinne von (*a duce*) *accepissent*.

9 Inde terra marique simul coeptae oppugnari Syracusae,
terra ab hexapylo, mari ab Achradina, cuius murus fluctu ad-
luitur. et quia, sicut Leontinos terrore ac primo impetu cepe-
rant, non diffidebant vastam disiectamque spatio urbem parte
aliqua se invasuros, omnem apparatum oppugnandarum ur-
34 bium muris admoverunt. et habuisset tanto impetu coepta
res fortunam, nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset,
2 Archimedes. is erat unicus spectator caeli siderumque, mira-
bilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum
operumque, quibus, *quicquid* hostes ingenti mole agerent, ipse
3 perlevi momento ludificaretur. muros per inaequalis ductos col-
les, pleraque alta et difficilia aditu, submissa quaedam et quae
planis vallibus adiri possent, *ut* cuique aptum visum est loco,
4 ita genere omni tormentorum instruxit. Achradinae murum,
qui, ut ante dictum est, mari adluitur, sexaginta quinquere-
5 mibus Marcellus oppugnabat. ex ceteris navibus sagittarii

33, 9—**34.** Vergebliche Bestürmung von Syrakus.

9. *invasuros*] vgl. **4**, 55, 4 *arcem Carventanam dilapsis ad praedam militibus, qui in praesidio erant, Aequos invasisse,* 'seien eingedrungen'.

disiectam] s. die Bem. im Anhang.

34. *et*] s. zu 32, 4.

fortunam] wie **27**, 49, 4 *cum haud dubie fortuna hostium esset,* 'Erfolg'.

ea tempestate] = *ea aetate* oft bei L., z. B. **26**, 32, 3 *cuius munificentia ac donis multis tempestatibus, hoc denique ipso Punico bello adiuta respublica esset.*

2. *unicus*] bei Liv. ganz gewöhnlich (vgl. § 13) = *praestantissimus, singularis*, auch ironisch wie unser 'einzig', z. B. **22**, 14, 9 (u. **22**, 27, 3) *dictator unicus* ein Dictator ohne Gleichen; vereinzelt (u. dichterisch) in der Zahlbedeutung = *unus,* namentlich in der Verbindung mit *filius, filia* und *spes*. Der letztere Gebrauch dehnte sich später immer mehr aus und wurde schliesslich feststehend in der Sprache des täglichen Lebens, nachdem *unus* seine bestimmte Bedeutung eingebüsst und (wie noch jetzt im Französischen) zum unbestimmten Artikel geworden war.

moles] ist 'Kraftanstrengung' mit dem Nebenbegriff des Mühsamen u. Gefährlichen; so oft bei L. z. B. **25**, 11, 17 *plaustris transveham naves haud magna mole.* Vgl. zu 46, 5.

perlevi momento] *momentum* ist das die Bewegung (*movere*) der Wagschale und damit die Entscheidung herbeiführende; hier die Kraft, welche aber in solcher Verbindung immer eine unbedeutende und von kurzer Dauer ist. Vgl. **21**, 43, 11 *incliti populi regesque perlevi momento victi sunt.*

ludificari] im Sinne von *eludere* (§ 12), wie **39**, 44, 8 *submotis ab hasta (iis) qui ludificati priorem locationem erant.* Das Passiv dazu ist § 16 *ludibrio esse.*

3. *pleraque*] Attribut zu *colles,* schliesst den Begriff *loca* in sich, wie oft bei L. z. B. **21**, 35, 4 *in iugum Alpium perventum est per invia pleraque;* ebd. § 7 *per omnia nive oppleta agmen incedit.*

5. *ex ceteris*] steht in Gegensatz zu *aliae* § 6, beides Theile der 60 Sch., als wenn L. gesagt hätte: *et ex ceteris quidem earum — aliae.* Uebrigens erwartete man *ex aliis — aliae;* als L. jedoch *ceteris* schrieb, schwebte ihm für das zweite Glied die bestimmte Zahl 8 vor; die Concinnität der Periode wurde durch *hi — tenebant naves* gestört.

funditoresque et velites etiam, quorum telum ad remittendum
inhabile imperitis est, vix quemquam sine volnere consistere
in muro patiebantur. hi, quia spatio missilibus opus est, procul 6
muro tenebant naves. iunctae aliae binae quinqueremes demptis
interioribus remis, ut latus lateri adplicaretur, cum exteriore
ordine remorum velut una navis agerentur, turres contabulatas 7
machinamentaque alia quatiendis muris portabant. adversus 8
hunc navalem apparatum Archimedes variae magnitudinis tor-
menta in muris disposuit. in eas, quae procul erant, navis
saxa ingenti pondere emittebat, propiores levioribus eoque
magis crebris petebat telis; postremo, ut sui volnere intacti 9
tela in hostem ingererent, murum ab imo ad summum crebris
cubitalibus fere cavis aperuit, per quae cava pars sagittis, pars
scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem. quae pro- 10
pius subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent,
in eas tollenone super murum eminente ferrea manus, firmae
catenae inligata, cum iniecta prorae esset gravique libramento
plumbi recelleret ad solum, suspensa prora navem in pup-
pim statuebat; dein remissa subito velut ex muro cadentem 11
navem cum ingenti trepidatione nautarum ita undae adflige-

5. *velites*] werden hier u. bereits 23, 29, 3 erwähnt, obgleich L. (26, 4, 4) die Einrichtung dieser Truppe erst im J. 211 stattfinden lässt, = Leichtbewaffnete.

telum] s. 26, 4, 4 *eis parmae breviores quam equestres et septena iacula quaternos longa pedes data, praefixa ferro.*

inhabile] wie 44, 28, 11 *inhabile navium genus;* s. zu 31, 14.

6. *iunctae*] dass die *iunctae quinq.* näher an die Mauern heranfuhren, was schon aus *procul muro* hervorgeht, sagt L. erst § 8.

7. *quatiendis*] ist Dat. des Zwecks, wie *comitia praetoribus creandis* u. a.; vgl. 40, 15, wo von verschiedenen Verben abhängig der Zweck einmal durch den Dat. und nahe dabei durch *ad* ausgedrückt ist.

machinamentum] nur hier bei L.

9. *volnere*] s. zu 7, 5.

cubitalibus] Adj. auf *alis* verwendet L. viel; zum Theil entlehnt er sie der Dichtersprache, andere sind Neubildungen von ihm, so dies *cubitalis*, ferner 21, 26, 8 *vicinalis* und 44, 46, 7 *intermuralis.* Von den hier beschriebenen Schiessscharten hat sich L. offenbar keine klare Vorstellung gemacht. Polybios giebt dieselben so an: von Mannshöhe (dafür L. *ab imo ad summum*), von Ellenweite nach innen, von Handweite nach aussen; hierfür L. einfach 'ellenbreite', was der Wirklichkeit nicht entsprochen haben kann).

9. *per quae cava*] s. zu 37, 2.

scorpiones] später *manuballistae* geheissen, gehörten zu den Schleuderapparaten; *modicis,* weil es nach 26, 47, 6 *scorpiones maiores* und *minores* gab.

10. *interiores ictibus*] eig. 'mehr nach innen als die Schüsse (reichten)' = 'vor die Schusslinie' kommen; vgl. 7, 10, 10 *toto corpore interior periculo vulneris factus.*

in eas] gehört zu *iniecta;* L aber verlässt die angefangene Constr., weil ihm der specielle Theil des Schiffes, der von dem Haken erfasst wird, vorschwebt.

11. *remissa*] losgelassen; die Kette wird plötzlich gelockert.

ex muro] L. verbindet *cadere* mit dem blossen Abl., mit *de* u. mit *ex.*

undae] ein poet. Ausdruck für *mari* unter Andeutung des Bewegtseins desselben.

bat, ut, etiamsi recta reciderat, aliquantum aquae acciperet.
12 ita maritima oppugnatio est elusa, omnisque spes eo versa,
13 ut totis viribus terra adgrederentur. sed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat Hieronis inpensis
14 curaque per multos annos, Archimedis unica arte. natura etiam adiuvabat loci, quod saxum, cui inposita muri fundamenta sunt, magna parte ita proclive est, ut non solum missa tormento, sed etiam quae pondere suo provoluta essent, gra-
15 viter in hostem inciderent. eadem causa ad subeundum ar-
16 duum aditum instabilemque ingressum praebebat. ita consilio habito, quoniam omnis conatus ludibrio esset, absistere oppugnatione atque obsidendo tantum arcere terra marique commeatibus hostem placuit.

35 Interim Marcellus cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus, quae in motu rerum ad Carthagienses defecerant, Helorum atque Herbesum dedentibus ipsis
2 recipit, Megara vi capta diruit ac diripuit ad reliquorum ac
3 maxime Syracusanorum terrorem. per idem fere tempus et Himilco, qui ad Pachyni promunturium classem diu tenuerat, ad Heracleam, quam vocant Minoam, quinque et viginti milia peditum, tria equitum, duodecim elephantos exposuit, nequaquam cum quantis copiis ante tenuerat ad Pachynum classem;
4 sed postquam ab Hippocrate occupatae Syracusae erant, pro-

12. *terra*] 'zu Lande', Gegensatz *mari* 'zu Wasser', beide oft verbunden; *in terra* 'auf dem Lande', Gegensatz *in mari;* vgl. **22**, 19, 1 *terra marique coeptum bellum est.* ebd. § 4 *minus terra concurrere ausus classe ire obviam hosti pergit.* ebd. § 7 *tumultus prius in terra et castris quam ad mare et ad naves est ortus.*

14. *magna parte*] ist selten, häufiger *ex magna parte,* gewöhnlich *magna ex parte* bei L.

15. *subire*] 'hinanklimmen'.

16. *arcere*] constr. wie *prohibere,* vgl. **42**, 6, 2 *vetus decretum de arcendis aditu finium regibus Macedonum;* anders **26**, 20, 7 *classis accita ad arcendos commeatus praesidii Romani.*

oppugnatione] von *obsid.* verschieden; die Bestürmung hat 8 Monate gedauert.

35—36. Die Einschliessung von Syrakus dauert fort. Punier und Römer operieren gegen einander mit geringem Erfolg.

1. *in motu rerum*] s. zu 28, 1.

ipsis] ebenso 36, 10: die Einwohner. Vgl. **44**, 7, 5 *Agassas urbem tradentibus sese ipsis recepit.*

3. *Pachyni*] s. zu 12, 4.

ad P. pr. classem tenuerat] s. 27, 7. Nicht zu verwechseln ist *ad P. pr. classe tenere* = 'lossteuern auf', wofür L. auch *classis ad P. pr. cursum tenet* oder *classis Carthaginem tenet* sagt.

nequaquam cum quantis] ist verkürzter Ausdruck statt *neq. tantas copias, cum quantis ante tenuerat.* Dies *tantas copias* (hier, wie oft, = *tantulas,* was L. nicht gebraucht) ist die Apposition zu den vorhergehenden Accusativen.

4. *sed*] man erwartete *nam;* jenes ergab sich dem Schriftsteller als erklärender Gegensatz zu der kurz vorhergehenden Negation.

postquam occupatae erant] die Dauer bezeichnend, 'seitdem' (s. zu 1, 6) = *in potestate erant;* vgl. 36, 8.

fectus Carthaginem adiutusque ibi et ab legatis Hippocratis
et litteris Hannibalis, qui venisse tempus aiebat Siciliae per
summum decus repetendae, et ipse haud vanus praesens mo- 5
nitor facile perpulerat, ut quantae maximae possent peditum
equitumque copiae in Siciliam traicerentur. adveniens Hera- 6
cliam intra paucos inde dies Agrigentum recepit; aliarumque
civitatium, quae partis Carthaginiensium erant, adeo accensae
sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos, ut postremo etiam
qui obsidebantur Syracusis animos sustulerint. et parte copia- 7
rum satis defendi urbem posse rati ita inter se munera belli
partiti sunt, ut Epicydes praeesset custodiae urbis, Hippocrates
Himilconi coniunctus bellum adversus consulem Romanum ge-
reret. cum decem milibus peditum, quingentis equitibus nocte 8
per intermissa custodiis loca profectus castra circa Acrillas
urbem ponebat. munientibus supervenit Marcellus ab Agri- 9
gento iam occupato, cum frustra eo praevenire hostem festi-
nans tetendisset, rediens, nihil minus ratus quam illo tempore
ac loco Syracusanum sibi exercitum obvium fore; sed tamen 10
metu Himilconis Poenorumque, ut quibus nequaquam eis copiis,
quas habebat, par esset, quam poterat maxime intentus atque
agmine ad omnes casus composito ibat. forte ea cura, quae 36
adversus Poenos praeparata *erat*, adversus Siculos usui fuit.
castris ponendis incompositos ac dispersos nanctus eos et ple-
rosque inermes, quod peditum fuit, circumvenit; eques levi cer-
tamine inito cum Hippocrate Acras perfugit.

Ea pugna deficientes ab Romanis cum cohibuisset Siculos, 2
Marcellus Syracusas rediit; et post paucos dies Himilco
adiuncto Hippocrate ad flumen Anapum, octo ferme inde milia,

5. *haud vanus praesens monitor*] die in die Mitte gestellte Apposition ist begründend: ein *haud vanus*, 'weil' *praesens monitor*.

quantae maximae] s. zu 21, 4.

6. *Heracliam*] s. zu 26, 1.

7. *et*] 'und daher'; vgl. **21**, 24, 3 *conloqui se cum illis velle, et illi propius accederent.*

8. *intermissa custodiis loca*] wie 46, 1 *partem neglectam custodia;* auch ohne den Zusatz *custodiis* z. B. **34**, 37, 8 *per intermissa moenia urbem intrarunt.*

Acrillas] in der Nähe von Acrae.

9. die vielen Part. machen den Satz schwerfällig und überladen; *rediens* u. *festinans* (concessiv) werden am besten durch Subst. wiedergegeben.

36. 1. *castris ponendis*] ist causaler, eig. absoluter Abl. 'in Folge', verschieden von *in castris pon.*, obgleich wir auch jenes mit 'bei' übersetzen können; so **25**, 30, 6 *partibus dividendis ipsi regio evenit ab Arethusa usque ad ostium portus.* **26**, 48, 2 (*cum*) *capienda urbe tantum laboris adissent* und oft.

circumvenit] das Umzingeln in feindlicher Absicht nimmt oft, wenn keine Rettung stattfindet, wie hier, die Bedeutung des Ueberwältigens an (vgl. 38, 1), z. B. **22**, 8, 1 *alia nuntiatur clades, quattuor milia equitum ab Hannibale circumventa.*

2. *deficientes*] *d.* 'im Abfall begriffen sein'; *cohibuisset*, wie die Folge zeigt, nur für den Augenblick.

3 castra posuit. sub idem forte tempus et naves longae quinque
et quinquaginta Carthaginiensium cum Bomilcare classis *prae-*
4 *fecto* in magnum portum Syracusas ex alto decurrere, et Ro-
mana item classis, triginta quinqueremes, legionem primam
Panormi exposuere; versumque ab Italia bellum, adeo uterque
5 populus in Siciliam intentus fuit, videri poterat. legionem
Romanam, quae exposita Panormi erat, venientem Syracusas
praedae haud dubie sibi futuram Himilco ratus via decipitur:
6 mediterraneo namque Poenus itinere duxit, legio maritimis
locis classe prosequente ad Appium Claudium Pachynum cum
7 parte copiarum obviam progressum pervenit. nec diutius Poeni
ad Syracusas morati sunt; et Bomilcar simul parum fidens
navibus suis duplici facile numero classem habentibus Roma-
nis, simul inutili mora cernens nihil aliud ab suis quam ino-
piam adgravari sociorum, velis in altum datis Africam trans-
8 misit, et Himilco secutus nequiquam Marcellum Syracusas, si
qua, priusquam maioribus copiis iungeretur, occasio pugnandi
esset, postquam ea nulla contigerat tutumque ad Syracusas
9 et munimento et viribus hostem cernebat, *ne* frustra adsidendo
spectandoque obsidionem sociorum tempus tereret, castra inde
movit, ut, quocumque vocasset defectionis ab Romano spes,
admoveret exercitum ac praesens suas res fovĕntibus adderet
10 animos. Murgantiam primum prodito ab ipsis praesidio Ro-

castra] die 8000 Schritte beweisen, dass das Lager mehr nach dem Binnenlande, wohl nicht allzu fern von den Quellen des Flusses aufgeschlagen war.

3. *sub idem forte tempus*] wie **23**, 41, 10 *per eosdem forte dies* u. **24**, 35, 3 *per idem fere tempus.*

cum Bomilcare] s. zu 20, 1.

Syracusas] s. zu 23, 8.

4. *legionem primam*] von den ausgehobenen Legionen befehligten die ersten der Zahl nach stets die Consuln, also im J. 214 die erste bis vierte; diese wurden an beide Consuln durch das Loos vertheilt. Demnach hat Marc. eine seiner Legionen nachkommen lassen.

exposuere] nach dem Sinne construiert, als wenn *Romani* vorangegangen wäre. Wegen der Endung, die mit *decurrere* reimt, s. zu 30, 2.

versum ab Italia] zuweilen noch mit weiterer Angabe der Richtung Wohin?, z. B. **23**, 26, 6 *in eam gentem versum ab Romanis bellum est.*

6. *namque*] an zweiter Stelle, ein Gebrauch, der, von Liv. angebahnt, bei den lateinischen Historikern später gewöhnlich wird.

duxit] abs., wie sehr oft bei L.

maritimis locis] ein Abl., der den Ort angiebt, auf welchem sich eine Bewegung vollzieht. Vgl. zu 21, 7.

7. *nihil aliud quam*] adverbial = 'nur', ist häufig bei L.; Cicero sagt dafür stets *nihil aliud nisi,* was sich bei L. nur vereinzelt findet.

transmisit] der bei L. gewöhnliche Ausdruck für das Uebersetzen über das Meer.

8. *nulla*] stärker als *non* 'in keiner Weise oder Beziehung', ähnlich 44, 4 u. 8; vgl. **32**, 35, 2 *Philippus nullus usquam* 'nirgends eine Spur von Ph.'

9. *adsidendo*] schliesst den Begriff der Unthätigkeit in sich, wie auch das Simplex, dem übrigens *segnis* oft beigefügt wird; s. **21**, 25, 6 *cum gens segnis intactis adsideret muris.*

10. *ipsis*] s. zu 35, 1.

mano recipit, ubi frumenti magna vis commeatusque omnis
generis convecti erant Romanis.
Ad hanc defectionem erecti sunt et aliarum civitatium 37
animi, praesidiaque Romana aut pellebantur arcibus aut pro-
dita per fraudem opprimebantur. Henna, excelso loco ac 2
praerupto undique sita, cum loco inexpugnabilis erat, tum
praesidium in arce validum praefectumque praesidii haud sane
opportunum insidiantibus habebat. L. Pinarius erat, vir acer 3
et qui plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum
reponeret. et tum intenderant eum ad cavendi omnia curam
tot auditae proditiones defectionesque urbium et clades prae-
sidiorum. itaque *die ac* nocte iuxta parata instructaque omnia 4
custodiis ac vigiliis erant, nec ab armis aut loco suo miles
abscedebat. quod ubi Hennensium principes iam pacti cum 5
Himilcone de proditione praesidii animadverterunt nulli occa-
sioni fraudis Romanum patere, vi rati agendum urbem arcem- 6
que suae potestatis aiunt debere esse, si liberi in societatem,

Romanis] ist Dativ, der mit *erant* zu verbinden ist; stände es für *a Romanis*, so müsste es vorher *quo* statt *ubi* heissen. Vgl. 22, 20, 6 *ubi vis magna sparti erat, ad rem nauticam congesta ab Hasdrubale* und 21, 48, 9 *Clastidium, quo magnum frumenti numerum congesserant Romani.*

37—39. Ereignisse in Henna.

1. *erecti*] gewöhnlich mit dem Zusatz *ad* oder *in aliquid*, oft mit *expectatione* verbunden; absolut, wie hier, auch 23, 45, 5 *cum haec exprobrando hosti Marcellus suorum militum animos erigeret.*

2. *praesidium — praefectumque praesidii*] das Substantiv wiederholt statt des Pronomens (auch 26, 39, 1 *praesidium, quod ibi erat, Romanum praefectusque praesidii atque arcis M. Livius*): eine Nachwirkung des alten Curialstiles, in welchem durch Fülle des Ausdrucks der Undeutlichkeit oder Zweideutigkeit vorgebeugt wurde, z. B. 21, 17, 4: *latum inde ad populum, vellent iuberent populo Carthaginiensi bellum indici; eiusque belli causa supplicatio per urbem habita atque adorati dii, ut bene ac feliciter eveniret, quod bellum populus Romanus iussisset.* Andererseits erhält das wiederholte Substantivum einen besonderen Nachdruck, wie 10, 13, 6 *laboribus laborumque praemiis;* dies liebt L. sehr, hauptsächlich hinter dem Relativpronomen; s. 34, 9.

opportunum] vgl. 30, 4, 3 *morem simul noscerent stationum vigiliarumque, nocte an interdiu opportuniores insidianti essent. insidiantibus* geben wir durch das Abstractum wieder, s. zu 31, 2.

3. *Pinarius erat*] gewöhnlicher sagt Liv. *is P. erat;* jenes ist beibehalten aus der bei L. beliebten Form der Parenthese, wie 23, 15, 2 *postquam Neapolim a praefecto Romano teneri accepit — Silanus erat ab Neapolitanis accitus — petit Nuceriam.*

plus reponere in] 'mehr Gewicht auf etwas legen',

intenderant eum ad curam] ebenso 21, 49, 7 *suos ad curam custodiae intendere;* wird die Sorgfalt vom Subj. geübt, so heisst es z. B. 25, 9, 7 *in cetera ab eo intenta cura est.*

defectiones] Plural wegen *urbium*, wie 39, 7.

4. *iuxta*] s. zu 20, 13.

5. *quod ubi*] s. zu 15, 5.

patere] vgl. 31, 39, 12 *in patentem vulneri equum equitemque sagittas conicere poterat* = 'offenen Zugang haben, zugänglich sein'.

6. *suae potestatis esse*] vgl. 25, 29, 4 *nostri arbitrii sumus* 'wir

7 non servi in custodiam traditi essent Romanis. itaque claves
portarum reddi sibi aequom censent: bonis sociis fidem suam
maximum vinculum esse, et ita sibi populum Romanum sena-
tumque gratias habiturum, si volentes ac non coacti mansis-
8 sent in amicitia. ad ea Romanus se in praesidio impositum
esse dicere ab imperatore suo clavesque portarum et custo-
diam arcis ab eo accepisse, quae nec suo nec Hennensium ar-
9 bitrio haberet, sed eius qui commisisset. praesidio decedere
apud Romanos capital esse, et nece liberorum etiam suorum
eam *noxiam* parentes sanxisse. consulem Marcellum haud pro-
cul esse: ad eum mitterent legatos, cuius iuris atque arbitrii
10 *res* esset. se vero negare illi missuros testarique, si verbis
nihil agerent, vindictam aliquam libertatis suae quaesituros.
11 tum Pinarius: at illi, si ad consulem gravarentur mittere, sibi
saltem darent populi concilium, ut sciretur, utrum paucorum
ea denuntiatio an universae civitatis esset. consensa in poste-
rum diem contio.

38 Postquam ab eo conloquio in arcem sese recepit, convo-
catis suis 'credo ego vos audisse, milites', inquit, 'quem ad
modum praesidia Romana ab Siculis circumventa et oppressa

haben das Recht der Selbstbestimmung über uns'. Dieselbe hört auf, wenn man unterworfen *in potestatem alicuius redigitur* oder *in potestate al. est;* vgl. zu 1, 1.

traditi essent] passt eig. nur zum letzten *servi in c.* und es könnte daher zu *lib. in s.* etwa *venissent* gedacht werden; einfacher aber ist es, die passive Form im reflexiven Sinne zu nehmen, wie z. B. 36, 4 *versum* (*esse*) und sonst oft, z. B. ganz gewöhnlich *dedi.*

7. *p. R. senatumque*] ungewöhnliche Stellung, bei welcher die beiden sonst einen Gesammtbegriff bezeichnenden Ausdrücke einzeln betont werden.

gratias habiturum] die classische Prosa gebraucht *gratias* (*grates*) *agere, gratiam habere* und *referre,* der Plur. *gratias* bei *habere* nur in Verbindung mit *agere* (z. B. **23**, 11, 12 *grates deis inmortalibus agi haberique*). Der Ausdruck an unserer Stelle ist also auffallend.

ita — si] s. zu 16, 13.

8. *in praesidio impositum*] s. zu 19, 5.

quae haberet] eig.: (beides) Dinge, die er in seiner Gewalt haben und besitzen sollte, oder: 'um beides — zu —'

9. *praesidio decedere*] vgl. zu 14, 7.

arbitrii res esset] vgl. 39, 2.

10. *vindictam*] hier Mittel zur Beschützung wegen *quaerere,* sonst die Beschützung, Vertheidigung selbst, z. B. **34**, 49, 3 *civitas in ipsa vindicta libertatis peribit.*

11. *at illi*] müsste dem sonstigen Sprachgebrauch des L. gemäss vor *sibi saltem,* also hinter dem Condicionalsatz stehen: *si — gravarentur,* so sollten sie 'doch' (wenigstens) —; vgl. **3**, 17, 3 *si vos urbis nulla cura tangit, at vos veremini deos vestros.*

11. *consensa contio*] ebenso 8, 6, 8 *consensit senatus bellum.* Diese Verbindung von *consentire* mit einem Objectssubstantivum ist dem L. eigenthümlich. Uebrigens sagt er sonst *consentire ad* oder *in aliquid.*

38. 1. *ab eo conloquio*] s. zu 22, 6.

credo ego vos] ein beliebter Redeanfang bei L., wie **21**, 21, 3 *credo ego vos, inquit, socii, et ipsos cernere* (auch Cic. beginnt seine Rede pro Sex. Rosc. Amer. mit: *credo ego vos, iudices, mirari*); andere Anfänge sind *scio ego, saepe ego, iam ego* u. a.

sint per hos dies. eam vos fraudem deum primo benignitate, 2
dein vestra ipsi virtute dies noctesque perstando ac pervigi-
lando in armis vitastis. utinam reliqum tempus nec patiendo
infanda nec faciendo traduci posset. haec occulta in fraude 3
cautio est, qua usi adhuc sumus; cui quoniam parum succedit,
aperte ac propalam claves portarum reposcunt; quas simul
tradiderimus, Carthaginiensium extemplo Henna erit, foedius-
que hic trucidabimur, quam Murgantiae praesidium interfectum
est. noctem unam aegre ad consultandum sumpsi, qua vos 4
certiores periculi instantis facerem. orta luce contionem ha-
bituri sunt ad criminandum me concitandumque in vos popu-
lum. itaque crastino die aut vestro aut Hennensium sanguine 5
Henna inundabitur. nec praeoccupati spem ullam nec occu-
pantes periculi quicquam habebitis. qui prior strinxerit fer-
rum, eius victoria erit. intenti ergo omnes armatique signum 6
expectabitis. ego in contione ero et tempus, quoad omnia
instructa sint, loquendo altercandoque traham. cum toga si- 7
gnum dedero, tum mihi undique clamore sublato turbam in-
vadite ac sternite omnia ferro et cavete quicquam supersit,
cuius aut vis aut fraus timeri possit. vos, Ceres mater ac 8
Proserpina, precor, ceteri superi infernique di, qui hanc urbem,
hos sacratos lacus lucosque colitis, ut ita nobis volentes pro-
pitii adsitis, si vitandae, non *in*ferendae fraudis causa hoc
consilii capimus. pluribus vos, milites, hortarer, si cum ar- 9
matis dimicatio futura esset: inermes, incautos ad satietatem

2. *vestra ipsi virtute*] logisch genauer wäre *vestra ipsorum v.*, wie 1, 28, 4 *fuit, quod primum dis inmortalibus gratias ageretis, deinde vestrae ipsorum virtuti;* aber Liv. pflegt auch in Fällen, wie dem vorliegenden, bei dem Possessivpronomen *ipse* auf den Nom. oder Acc. zu beziehen; s. zu 5, 10.

infanda] vgl. 39, 9 u. 23, 9, 5 *audeantur infanda = nefanda.*

traduci] vgl. 9, 3, 4 *his invicem sermonibus nox traducta est.*

3. *cui*] = *sed ei*, näml. *fraudi; succedit* s. zu 19, 6.

aperte] ist Gegensatz zu *fraude*, *propalam* zu *occulta:* chiastische Stellung; vgl. 25, 4 *palam atque aperte petitum regnum clam et dolo affectare conatus.*

5. *inundabitur*] s. zu 9, 6.

occupantes] (= dem Compos. *praeoccupantes*) wird hier ausnahmsweise absolut gebraucht, sonst mit einem Infinitiv verbunden.

eius victoria erit] sonst sagt Liv. *vict. est penes* oder *apud aliquem* oder 'der Sieg ist auf Seiten Jemandes', z. B. 1, 24, 2 *ibi imperium fore, unde victoria fuerit*, wo *unde* sich erklärt nach 45, 3.

6. *expectabitis*] imperativisch, wie alsbald darnach *invadite, sternite, cavete*; sonst gehört das Futurum als Imper. mehr der familiairen Sprechweise an.

toga] diese wurde im Quartier getragen, aber nur von den Chargierten, der gemeine Soldat trug den Kriegsmantel *(sagum).*

8. *Ceres ac Pros.*] s. 39, 8.

superi infernique] sonst auch z. B. 28, 22, 9 *se per deos superos inferosque orare ut . .*

lacus lucosque] s. zu 15, 4.

ita — si] s. zu 16, 13.

volentes propitii] s. zu 21, 10.

trucidabitis; et consulis castra in propinquo sunt, ne quid ab
Himilcone et Carthaginiensibus timeri possit'.
39 Ab hac adhortatione dimissi corpora curant. postero die
alii aliis locis ad obsidenda itinera claudendosque oppositi exi-
tus; pars maxima super theatrum circaque, adsueti et ante
2 spectaculo contionum, consistunt. productus ad populum a
magistratibus praefectus Romanus cum consulis de ea re ius
3 ac potestatem esse, non suam, et pleraque eadem, quae pridie,
dixisset, et primo sensim ac plures reddere claves, dein iam
una voce id omnes iuberent cunctantique et differenti ferociter
minitarentur nec viderentur ultra vim ultimam dilaturi, tum
4 praefectus toga signum, ut convenerat, dedit, militesque in-
tenti dudum ac parati alii superne *in* aversam contionem cla-
more sublato decurrunt, alii ad exitus theatri conferti obsi-
5 stunt. caeduntur Hennenses cavea inclusi coacervanturque
non caede solum sed etiam fuga, cum *alii* super aliorum ca-
pita ruerent et integri sauciis, vivi mortuis incidentes cumu-
6 larentur. inde passim discurritur et urbis captae modo fuga-
que et caedes omnia tenet nihilo remissiore militum ira, quod
turbam inermem caedebant, quam si periculum par et ardor

9. *trucidabitis*] 'abschlachten', besonders vom Vieh gesagt oder mit dem Zusatz *pecorum modo.*

in propinquo] es ist anzunehmen, dass Himilko und Hipp. ihre Route auf Henna nahmen u Marc. ihnen folgte; denn nach 39, 10 besetzt Hipp. Murgantia, das sich dem Himilko ergeben hatte, und dieser selbst geht nach Agrigent, während Marc. zur Belagerung von Syrakus zurückkehrt.

39. 1. *ab hac adhortatione*] s. zu 22, 6.

corpora curant] näml. *cibo.*

obsidenda] in dieser Verbindung gleichbedeutend mit *insidere;* s. 40, 9 und **25**, 13, 2 *priusquam viae omnes hostium praesidiis insiderentur.*

oppositi] absolut und daher wie das Simplex zu übersetzen; vgl. **26**, 44, 2 *duo milia ab ea parte, qua castra Romana erant, opponit* und sonst oft.

theatrum] die Versammlung fand (wie bei Griechen gewöhnlich) im Theater statt, und die Soldaten befanden sich grösstentheils oben auf dem Zuschauerraum; daher § 4 *superne decurrunt* und *in aversam c.*, weil Pinarius von der Orchestra aus zu den Hennensern spricht.

circaque] so Liv. oft bei Präp., welche auch als Adv. angewandt werden; sonst mit Wiederholung des Subst. wie *ante signa et post signa, pro Scipione et adversus Scipionem* u. s. w.

spectaculum] mit Gen. bezeichnet oft Zuschauer sein bei einer Sache, als Zuschauer einer Sache beiwohnen, z. B. **23**, 47, 3 *Romani ad spectaculum pugnae eius frequentes exierant.*

3. *sensim ac plures*] 'ganz merklich und zu mehreren' (riefen sie).

reddere] ohne beigefügten Subj.-Acc., der sich leicht ergänzt, findet sich öfter bei Livius z. B. **25**, 10, 6 *Tarentinos sine armis convocare iubet.*

6. *modo*] 'nach Art', ein bei Liv. häufiger Abl. modi in Verbindung mit einem Gen.

fugaque et caedes] vgl. **23**, 26, 8 *ad castra tumultus erat et per agros fugaque et caedes;* dies correspondierende *que — et* bei Livius ziemlich häufig, s. 47, 4.

certaminis eos inritaret. ita Henna aut malo aut necessario 7
facinore retenta.

Marcellus nec factum inprobavit et praedam Hennensium
militibus concessit ratus timore deterritos *a* proditionibus prae-
sidiorum Siculos. atque ea clades, ut urbis in media Sicilia 8
sitae claraeque vel ob insignem munimento naturali locum vel
ob sacrata omnia vestigiis raptae quondam Proserpinae, prope
uno die omnem Siciliam pervasit. et quia caede infanda re- 9
bantur non hominum tantum sed etiam deorum sedem viola-
tam esse, tum vero etiam qui ante dubii fuerant defecere ad
Poenos. Hippocrates inde Murgantiam, Himilco Agrigentum 10
sese recepit, cum acciti a proditoribus nequiquam ad Hennam
exercitum admovissent. Marcellus retro in Leontinos redit 11
frumentoque et commeatibus aliis in castra convectis praesidio
modico ibi relicto ad Syracusas obsidendas venit. inde Appio 12
Claudio Romam ad consulatum petendum misso T. Quinctium
Crispinum in eius locum classi castrisque praeficit veteribus;
ipse hibernacula quinque milia passuum *ab* hexapylo — Leonta 13
vocant locum — communiit aedificavitque. haec in Sicilia
usque ad principium hiemis gesta.

Eadem aestate et cum Philippo rege, quod iam ante 40
suspectum fuerat, motum bellum est. legati ab Orico ad M. 2
Valerium praetorem venerunt, praesidentem classi Brundisio

7. in *necessario* liegt eine Entschuldigung der scheusslichen That, doch sieht man, dass Liv. sie missbilligt *(malo)*; übrigens sagt er von Hannibals Befehl, *omnes puberes* nach der Einnahme Sagunts niederzuhauen: *quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu est* (**21**, 14, 3).

8. *ut urbis*] *ut* den begründenden Umstand anfügend, deutsch 'als'.

pervasit clades] vielmehr das Gerücht davon, eine im Latein nicht seltene Verkürzung des Ausdruckes.

9. *infanda*] wie 38, 3.

11. *retro*] s. zu 20, 3.

12. *misso*] militair. Ausdruck für entlassen; vgl. § 1 *dimissi*.

veteribus] das Lager beim Olympium.

13. *Leonta*] mit griech. Endung.

40. Krieg gegen Philipp. Oricum wird genommen, Apollonia entsetzt, der König geschlagen.

1. *eadem aestate*] d. J. 214, weil Liv. das Vorhergehende zusammenhängend unter diesem Jahre erzählt. M. Valerius hat 10, 4 den Auftrag erhalten *ad Brundisium orae maritimae intentus adversus omnes motus Philippi praeesset*; jetzt geht er nach Griechenland (Oricum liegt an der Nordgrenze von Epirus) hinüber.

suspectum] vgl. 44, 6 *multa aut mota aut suspecta bella.* Dem Relativsatz entsprechender wäre *a Philippo motum est*, während nun eigentlich *a Romanis* zu ergänzen ist. Da dieser Zusatz aber fehlt, so nähert sich *motum est* dem *ortum est* = 'kam zum Ausbruch'. Genauer heisst es **33**, 45, 5 *id animadvertendum esse, quid Carthaginienses, si cum Antiocho bellum motum foret, acturi essent.*

2. *praetorem*] ungenau statt *propraetorem*, wie oft bei Liv.

praesidere] ist militair. Ausdr. = 'decken' (schützen); vgl. **23**, 32, 2 *M. Claudius ad eum exercitum, qui supra Suessulam Nolae praesideret, missus.*

classi] ist Abl. vgl. 10, 7.

Calabriaeque circa litoribus, nuntiantes Philippum primum
Apolloniam temptasse lembis biremibus centum viginti flumine
3 adverso subvectum; deinde, ut ea res tardior spe fuerit, ad
Oricum clam nocte exercitum admovisse; eamque urbem, sitam
in plano neque moenibus neque viris atque armis validam,
4 primo impetu oppressam esse. haec nuntiantes orabant, ut
opem ferret hostemque haud dubium Romanis mari ac terra
a maritimis urbibus arceret, quae ob nullam aliam causam,
5 nisi quod imminerent Italiae, peterentur. M. Valerius duorum
milium praesidio *relicto praeposito*que eis P. Valerio legato
cum classe instructa parataque et, quod longae naves militum
capere non poterant, in onerarias inpositis altero die Oricum
6 pervenit; urbemque eam levi tenente praesidio, quod *rex* re-
7 cedens inde reliquerat, haud magno certamine recepit. legati
eo ab Apollonia venerunt nuntiantes in obsidione sese, quod
deficere ab Romanis nollent, esse neque sustinere ultra vim
8 Macedonum posse, nisi praesidium mittatur Romanum. factu-
rum se quae vellent pollicitus duo milia delectorum militum
navibus longis mittit ad ostium fluminis cum praefecto socium
9 Q. Naevio Crista, viro inpigro et perito militiae. is expositis in
terram militibus navibusque Oricum retro, unde venerat, ad ce-
teram classem remissis milites procul a flumine per viam minime
ab regiis obsessam duxit et nocte, ita ut nemo hostium sentiret,
10 urbem est ingressus. diem insequentem quievere, dum praefectus
iuventutem Apolloniatium armaque et urbis vires inspiceret.
ubi ea visa inspectaque satis animorum fecere, simulque ab
exploratoribus conperit, quanta socordia ac neglegentia apud
11 hostes esset, silentio noctis ab urbe sine ullo tumultu egressus

circa] (adjectivisch, wie oft) mit Beziehung auf des Valerius Stationsort Brundisium.

primum] s. zu 16, 8.

biremibus] mit zwei Reihen Ruderbänken versehen, doch waren die *lembi* klein und führten im Ganzen höchstens 16 Ruder.

flumine] der Aous.

adverso] Gegens. *secundo*.

3. *viris atque armis*] ein Begriff, gewöhnlich *viris armisque*, s. zu 24, 8. Aehnl. 3, 42, 2 *ne quid ductu atque auspicio decemvirorum prospere gereretur* und oft. Gehörten die Begriffe nicht so eng zusammen, dann müsste *aut* statt *atque* stehen.

4. *a maritimis urbibus*] sonst setzt L. *a* nur bei Personen, bei Sachen gewöhnlich den blossen Abl.

imminerent] s. zu 7, 3.

5. *inpositis*] wie oft bei L. nach dem Sinne construiert, weil *quod militum* = *qui milites* ist.

8. *cum praefecto*] s. zu 20, 1.

9. *retro*] s. zu 20, 3.

obsessam] s. zu 39, 1.

10. *dum*] mit Conj., weil die Soldaten mit des Hauptmanns Bewilligung (oder auf seine Anordnung) 'Ruhe hatten'.

animorum] Plur., obgleich es sich auf den Präfecten bezieht; s. zu 22, 8.

11. *ab urbe egressus*] wie L. die Städtenamen gewöhnlich mit *a* verbindet und oft *ab Sagunto exire* (21, 14, 7) u. a. sagt, so hat er diesen Gebrauch auch auf *urbs* u. *oppidum* übertragen bei *egredi* und häufiger bei *exire*. Es liegt aber in dieser Wendung mehr als in *urbe egredi*, wie L. sonst sagt, nämlich

castra hostium adeo neglecta atque aperta intravit, ut satis
constaret prius mille hominum vallum intrasse quam quisquam
sentiret ac, si caede abstinuissent, pervenire ad tabernaculum
regium potuisse. caedes proximorum portae excitavit hostes; 12
inde tantus terror pavorque omnis occupavit, ut non modo
alius quisquam arma caperet aut castris pellere hostem cona-
retur, sed etiam ipse rex, sicut somno excitus erat, prope se- 13
minudus fugiens militi quoque, nedum regi vix decoro habitu,
ad flumen navisque perfugerit. eodem et alia turba effusa est.
paulo minus tria milia militum in castris aut capta aut oc- 14
cisa: plus tamen hominum aliquanto captum quam caesum est.
castris direptis Apolloniatae catapultas ballistas tormentaque 15
alia, quae oppugnandae urbi conparata erant, ad tuenda moe-
nia, si quando similis fortuna venisset, Apolloniam devexere;
cetera omnis praeda castrorum Romanis concessa est. haec 16
cum Oricum essent nuntiata, M. Valerius classem extemplo ad
ostium fluminis duxit, ne navibus capessere fugam rex posset. 17
itaque Philippus, neque terrestri neque navali certamini satis
fore parem se fidens, subductis navibus atque incensis terra
Macedoniam petiit magna ex parte inermi exercitu spoliatoque.
Romana classis cum M. Valerio Orici hibernavit.

Eodem anno in Hispania varie res gestae. nam priusquam 41
Romani amnem Hiberum transirent, ingentes copias Hispano-
rum Mago et Hasdrubal fuderunt. defecissetque ab Romanis 2
ulterior Hispania, ni P. Cornelius raptim traducto exercitu Hibe-
rum dubiis sociorum animis in tempore advenisset. primo ad 3

dass er sich von der Stadt und zugleich von dem Stadtgebiet entfernt.

mille hominum] *mille* oft bei Liv. als Subst. gebraucht mit folgendem Gen., doch fast nur im Nom. und Acc.; so 41, 10 und hier wie 42, 8 auch mit dem Prädikat *captum*.

12. *non modo alius quisquam*] statt *non m. alius nemo*, ist gesagt, als wenn folgte *sed ne rex quidem;* diesem zweiten Gliede hat der Schriftsteller aber eine affirmative Form gegeben, wodurch die Ungenauigkeit des Ausdrucks entstanden ist.

prope seminudus] ist breit statt *prope nudus* oder *seminudus;* doch ebenso 9, 6, 1 *consules prope seminudi sub iugum missi.*

13. *militi quoque*] *quoque* ist wegen der veränderten Wortfolge (*vix militi, nedum regi;* vgl. 4, 1 u. 5, 1) hinzugesetzt, wie im gleichen Falle auch *vel* und *etiam* mit steigernder Kraft gefunden werden.

caperet — conaretur — perfugerit] Wechsel des Tempus, weil unabhängig *capiebat — conabatur — perfugit.*

14. *aliquanto*] von seinem Comparativ getrennt, wie oft auch *eo, multo, tanto;* hier ausserdem nachgestellt, wie 42, 5.

15. *Apolloniatae*] and. Form § 10.

oppugnandae urbi] s. zu 34, 7.

venisset] statt des gewöhnlicheren *evenisset;* vgl. 26, 40, 6 *quod longe aliter venit,* im Volksmunde: 'es kam ganz anders'.

41—42. Spanien; Operationen der beiden Scipionen.

Hasdrubal] *Hamilcaris filius.*

2. *ulterior Hispania*] eine Bezeichnung, welche erst später von den Römern eingeführt wurde. Als Grenze denkt sich Liv. den Ebro, während sie später wohl der *saltus Castulonensis* bildete.

dubiis animis] ist Abl. abs.

Castrum Album — locus est insignis caede magni Hamilcaris
4 — castra Romani habuere. arx erat munita, et convexerant
ante frumentum: tamen, quia omnia circa hostium plena erant,
agmenque Romanum inpune incursatum ab equitibus hostium
fuerat, et ad duo milia aut moratorum aut palantium per
agros interfecta, cessere inde Romani propius pacata loca et ad
5 montem Victoriae castra communivere. eo Cn. Scipio cum omni-
bus copiis et Hasdrubal Gisgonis filius, tertius Carthaginien-
sium dux, cum exercitu iusto advenit, contraque castra Ro-
6 mana trans fluvium omnes consedere. P. Scipio cum expeditis
clam profectus ad loca circa visenda haud fefellit hostes, op-
pressissentque eum in patentibus campis, ni tumulum in pro-
pinquo cepisset. ibi quoque circumsessus adventu fratris ob-
7 sidione eximitur. Castulo, urbs Hispaniae valida ac nobilis et
adeo coniuncta societate Poenis, ut uxor inde Hannibali esset,
8 ad Romanos defecit. Carthaginienses Iliturgim oppugnare ad-
orti, quia praesidium ibi Romanum erat, videbanturque inopia
9 maxime eum locum expugnaturi. Cn. Scipio, ut sociis praesi-
dioque ferret opem, cum legione expedita profectus inter bina
castra cum magna caede hostium urbem est ingressus et postero
10 die eruptione aeque felici pugnavit. supra duodecim milia ho-
minum caesa duobus proeliis, plus mille hominum captum cum
sex et triginta militaribus signis. ita ab Iliturgi recessum est.
11 Bigerra inde urbs — socii et hi Romanorum erant — a Cartha-
giniensibus oppugnari coepta est. eam obsidionem sine certa-
42 mine adveniens Cn. Scipio solvit. ad Mundam exinde castra
2 Punica mota, et Romani eo confestim secuti sunt. ibi signis
conlatis pugnatum per quattuor ferme horas; egregieque vin-
centibus Romanis signum receptui est datum, quod Cn. Scipi-
onis femur tragula confixum erat, pavorque circa eum ceperat
3 milites, ne mortiferum esset volnus. ceterum haud dubium
fuit, quin, nisi ea mora intervenisset, castra eo die Punica
capi potuerint. iam non milites solum sed elephanti etiam

3. *caede*] er fiel in der Schlacht gegen die Vettonen, eine spanische Völkerschaft, i. J. 228.

magni Hamilcaris] im class. Latein heisst es *magnus ille H.*, Liv. aber scheint *magnus H.* (wie *magna Graecia*) zur Unterscheidung von anderen Puniern desselben Namens gebraucht zu haben. Wird das Adj. zum Eigennamen, so sagt man *Alexander Magnus*, Liv. aber sagt nach dem Sprachgebrauch der silbernen Latinität **9**, 16, 19 *Magno Alexandro*. **30**, 45, 6 *Felicis Sullae Magnique Pompei*.

4. *incursare*] mit blossem Acc. (sonst mit *in*) auch **5**, 31, 5 *agros Romanos incursare*.

moratorum] ist Part. wie *palantes*.

5. *iusto*] s. zu 14, 4.

omnes] nämlich *tres duces Carth.*

8. *adorti*] mit Inf. oft bei Liv. zur Bezeichnung eines mühevollen Unternehmens, besonders beliebt *oppugnare adorti*.

10. *mille hominum captum*] s. zu 40, 11.

42. 2. *tragula*] ein Wurfspiess mit Schwungriemen, als Waffe der Spanier auch **26**, 5, 17 erwähnt.

usque ad vallum acti erant, superque ipsum novem et triginta
elephanti pilis confixi. hoc quoque proelio ad duodecim milia 4
hominum dicuntur caesa, prope tria capta cum signis militari-
bus septem et quinquaginta. ad Auringem inde urbem Poeni 5
recessere, et ut territis instaret secutus Romanus. ibi iterum
Scipio lecticula in aciem inlatus conflixit; nec dubia victoria
fuit: minus tamen dimidio hostium quam antea, quia pauciores
superfuerant, qui pugnarent, occisum. sed gens nata instau- 6
randis reparandisque bellis, Magone ad conquisitionem militum
a fratre misso, brevi replevit exercitum animosque ad temptan-
dum de integro certamen fecit. Galli plerique milites, iique 7
pro parte totiens intra paucos dies victa iisdem animis, qui-
bus priores, eodemque eventu pugnavere; plus octo milia ho- 8
minum caesa, haud multo minus quam mille captum et signa
militaria quinquaginta octo; et spolia plurima Gallica fuere, aurei
torques armillaeque, magnus numerus. duo etiam insignes re-
guli Gallorum — Moeniacoepto et Vismaro nomina erant —
eo proelio ceciderunt. octo elephanti capti, tres occisi.

Cum tam prosperae *res* in Hispania essent, verecundia Romanos 9
tandem cepit Saguntum oppidum, quae causa belli esset, octavum

3. *acti*] *agere* wie das Vieh vor sich hertreiben.

superque ipsum] Liv. denkt sich, dass die Elephanten vor den nachdrängenden Römern bis auf die Höhe des Walles emporgeklommen sind; ebenso unwahrscheinlich 26, 6, 1 *elephantosque transgredientes in ipso vallo conficiunt*, denn die El. müssten in beiden Fällen sogar aus dem Wallgraben heraus auf die Höhe geklettert sein.

5. *Auringem*] bei der Unklarheit über die geographischen Verhältnisse fernliegender Länder, die L. mit seiner Zeit theilt und welche in diesen beiden letzten Capiteln sich sehr bemerkbar macht, ist es möglich, dass Auringis mit Orongis im Lande der Maesesser, die L. 28, 3, 2 erwähnt, identisch ist.

minus dimidio] gestellt wie 40, 14 *aliquanto*.

occisum] auf das Subj. *minus* bezogen; nach dem vorhergehenden *superfuerant* und *pugnarent* wäre *occisi* der natürliche Ausdruck gewesen.

6. *gens*] nämlich *Hispanorum*, wie Livius auch 28, 12, 11 sagt: *Hispania non quam Italia modo, sed quam ulla pars terrarum bello reparando aptior erat locorum hominumque ingeniis.*

conquisitionem] eigentl. 'Zusammensuchen' deutet an, dass man in der Zeit der Noth einzieht, was irgend brauchbar ist; *dilectus* die geordnete Aushebung.

7. *Galli*] Kelten, welche auch im Gebiete der Turdetaner (also dem Schauplatz der beschriebenen Thatsachen nahe) zahlreich wohnten.

8. *torques*] von *torquere;* man erinnere sich des sogenannten 'sterbenden Fechters' mit dem gewundenen goldenen Halsband (dem eigentlich gallischen Nationalschmuck).

reguli] 'Häuptlinge, Fürsten'; in den späteren Büchern des L. ist *r.* oft = 'Fürstensohn, Prinz'.

erant] nämlich *iis*, daher die Dative; ebenso 48, 9.

9. *verecundia*] nach *verecundia cepit* erwartete man eine Thätigkeit, der sich die Römer schämen, etwa *neglexisse* oder *diutius neglegendi;* anstatt dessen ein abhängiger Satz, gleich als wenn vorausginge *cum verecundia meminerant.*

octavum] ein Versehen des Schriftstellers statt *sextum* 'seit 5 Jahren', s. 9, 7.

10 iam annum sub hostium potestate esse. itaque id oppidum vi
pulso praesidio Punico receperunt cultoribusque antiquis, quos
11 ex iis vis reliquerat belli, restituerunt; et Turdetanos, qui con-
traxerant eis cum Carthaginiensibus bellum, in potestatem re-
dactos sub corona vendiderunt urbemque eorum delerunt.
43 Haec in Hispania Q. Fabio M. Claudio consulibus gesta.
2 Romae cum tribuni plebis novi magistratum inissent, extemplo
censoribus P. Furio et M. Atilio a *M.* Metello tribuno plebis
3 dies dicta ad populum est. quaestorem eum proximo anno
adempto equo tribu moverant atque aerarium fecerant propter
coniurationem deserendae Italiae ad Cannas factam. sed no-
vem tribunorum auxilio vetiti causam in magistratu dicere
4 dimissique fuerant. ne lustrum perficerent mors prohibuit P.
5 Furi. M. Atilius magistratu se abdicavit. — Comitia consu-
laria habita ab Q. Fabio Maximo consule. creati consules
ambo absentes Q. Fabius Maximus, consulis filius, et Ti. Sem-
6 pronius Gracchus iterum. praetores fiunt duo, qui tum aediles
curules erant, P. Sempronius Tuditanus et Cn. Fulvius Centi-
7 malus, *ex privatis M. Atilius* et M. Aemilius Lepidus. ludos

11. *sub corona vendiderunt*] den zum Verkauf gestellten Kriegsgefangenen wurden Kränze aufgesetzt.

43—44, 9. Wahlen in Rom. Vertheilung der Amtsbezirke für das Jahr 213.

2. *censoribus*] die Censoren waren für censorische Amtshandlungen unverantwortlich, weil sie zu redlicher Pflichterfüllung durch den Eid gebunden waren. Die Anklage des Metellus wegen Missbrauchs der Amtsgewalt verstiess also gegen die Gesetze, und daher intercedierten seine 9 Collegen einstimmig mit ihrem *veto* (§ 3 *auxilio*). Uebrigens ist die Wahl des Met. zum Volkstribun als ein Act der Opposition des Volkes aufzufassen, welche über die allzu grosse Strenge des Senats und der Censoren murrte.

dies dicta ad populum est] = *accusati sunt*; vgl. **43,** 8, 9 *Lucretium, ubi dies, quae dicta erat, venit, tribuni ad populum accusarunt.*

3. *deserendae Italiae*] hat sich eng an das Subst. *coniuratio* nach Analogie von *consilium* u. a. angeschlossen; vgl. **36,** 27, 2 *abiectis belli consiliis pacis petendae oratores ad consulem miserunt.*

ad Cannas] ungenau statt *ad Canusium* oder wie 18, 3 *post Cannensem cladem,*

sed novem] mit diesen Worten wird zwar die Erzählung an *dies dicta est* angeschlossen, aber wie das Plusqpf. zeigt, denkt L. schon an das folgende *ne lustrum perficerent,* zu welchem das *sed novem — fuerant* in einem concessiven Verhältniss steht, als wenn gesagt wäre: *sed quamquam novem fuerant, tamen ne* —; freigegeben waren sie worden, aber zur Vollführung ihrer letzten Amtshandlung (dem *lustrum perf.*) kamen sie nicht.

4. *perficerent*] gewöhnlicher ist die Verbindung *lustrum condere.*

prohibere ne] sagt Liv. mehrmals, gewöhnlicher aber construiert er es bei abhängigem Satze mit dem Inf. (ganz wie *veto*; Cicero ebenso); s. 46, 5.

se abdicavit] weil bei dem Tode eines Censors nicht Ergänzungswahlen, sondern nach der Abdankung des zweiten Neuwahlen vorgenommen wurden.

5. *filius*] s. 9, 4 *Q. Fabius, consulis filius, qui tum aedilis curulis erat* (*praetor creatus est*).

iterum] Gracchus war schon i. J. 215 Consul gewesen.

scaenicos per quadriduum eo anno primum factos ab curulibus
aedilibus memoriae proditur. aedilis Tuditanus hic erat, qui 8
ad Cannas pavore aliis in tanta clade torpentibus per medios
hostes duxit.

His comitiis perfectis auctore Q. Fabio consule designati 9
consules Romam accersiti magistratum inierunt senatumque de
bello ac provinciis suis praetorumque et de exercitibus, quibus
quique praeessent, consuluerunt. itaque provinciae atque exer- 44
citus divisi: bellum cum Hannibale consulibus mandatum et
exercituum unus, quem ipse Sempronius habuerat, alter, quem
Fabius consul. eae binae erant legiones. M. Aemilius prae- 2
tor, cuius peregrina sors erat, iuris dictione M. Atilio collegae,
praetori urbano, mandata Luceriam provinciam haberet legio-
nesque duas, quibus Q. Fabius, qui tum consul erat, praetor
praefuerat. P. Sempronio provincia Ariminum, Cn. Fulvio Sues- 3
sula cum binis item legionibus evenerunt, ut Fulvius urbanas
legiones duceret, Tuditanus a M. Pomponio acciperet. proro- 4
gata imperia proviciaeque, M. Claudio Sicilia finibus eis, qui-
bus regnum Hieronis fuisset, Lentulo propraetori provincia ve-
tus, T. Otacilio classis — exercitus nulli additi novi —, M. 5
Valerio Graecia Macedoniaque cum legione et classe, quam

7. *primum*] gehört zu *p. quadriduum;* die Spiele auf der Schaubühne (um diese Zeit lebte der Komödiendichter Plautus) hatten jetzt zum ersten Mal eine Dauer von 4 Tagen.

9. *auctore*] Fabius stellt im Senat den Antrag des *accersere*, und so wird er Veranlasser des Beschlusses.

44. 1. *itaque*] = *et ita.*

bellum cum Hannibale] nämlich *gerendum,* was im guten Latein hinzugefügt zu werden pflegt; L. aber verbindet zwei Subst. durch eine Präp. auch ohne Partic., wie z. B. **23**, 11, 7 *nuntius victoriae ad Cannas* = *victoriae Cannensis.*

exercituum] von den 'beiden' Heeren (wie *alter* zeigt), die ihnen zukamen, wurde — ihnen zugewiesen (aus *mandatum* zu entnehmen).

quem ipse] mit dem er die Schlacht bei Benevent geschlagen hatte, s. c. 14 ff.

2. *eae*] s. zu 16, 4.

peregrina sors] nämlich die *iuris dictio inter peregrinos* oder *inter cives et peregrinos.* Die Vereinigung beider Aemter in einer Person wird durch die Zeitumstände bedingt, auch gab es wohl nicht so viel zu thun, wie in friedlichen Zeiten. Vgl. **25**, 3, 2 *praetores provincias sortiti sunt, P. Cornelius Sulla urbanam et peregrinam, quae duorum ante sors fuerat.*

Fabius, qui tum consul erat] der 'jetzige' Consul; *Fabius* s. 12, 6. *tum* s. 32, 5. 45, 3.

3. *provincia Ariminum*] = *prov. Gallia,* wie es **25**, 3, 5 heisst, weil Ariminum der Sitz der Verwaltung war; der *ager Gallicus* (10, 3) ist das den senonischen Galliern entrissene Gebiet.

Suessula] s. zu 17, 2.

evenerunt] nicht *sorte,* sondern *senatusconsulto.*

4. *Claudio — Lentulo*] diesen beiden wird auch im folgenden Jahre 212 das *imperium* verlängert; s. **25**, 3, 6 *imperium provinciaeque — prorogatae, item P. Lentulo qua vetus provincia in Sicilia esset, M. Marcello Syracusae et qua Hieronis regnum fuisset.*

nulli] s. zu 36, 8.

5. Spanien wird nicht erwähnt, s. zu 11, 2.

haberet; Q. Mucio cum vetere exercitu — duae autem legio-
nes erant — Sardinia; C. Terentio *cum* legione una, cui iam
6 praeerat, Picenum. scribi praeterea duae urbanae legiones ius-
sae et viginti milia sociorum. his ducibus, his copiis adversus
multa simul aut mota aut suspecta bella muniverunt Roma-
7 num imperium. consules duabus urbanis legionibus scriptis
supplementoque in alias lecto, priusquam ab urbe moverent,
8 prodigia procurarunt, quae nuntiata erant. murus ac portae
Anagniae et Ariciae etiam Iovis aedis de caelo tacta fuerant.
et alia ludibria oculorum auriumque credita pro veris: navium
longarum species in flumine Tarracinae, quae nullae erant, vi-
sas, et in Iovis Vicilini templo, quod in Compsano agro est,
arma concrepuisse, et flumen Amiterni cruentum fluxisse.
9 His procuratis ex decreto pontificum profecti consules,
Sempronius in Lucanos, in Apuliam Fabius. pater filio lega-
10 tus ad Suessulam in castra venit. cum obviam filius progre-
deretur, lictoresque verecundia maiestatis eius taciti anteirent,
praeter undecim fasces equo praevectus senex, ut consul animad-
vertere proximum lictorem iussit, et is, ut descenderet ex equo,
inclamavit, tum demum desiliens 'experiri' inquit 'volui, fili,
satin scires consulem te esse'.

6. *suspecta*] über den Ausdruck u. die Sache s. zu 40, 1.

7. *moverent*] *mov.* steht oft absolut = *se movere;* gewöhnlich vom Feldherrn gesagt, der seine Soldaten in Bewegung setzt (*castra m.* aufbrechen lassen), zuweilen auch von den Soldaten, wie **10**, 4, 9 *cum non iniussu movere auderent*, wo sich gleichfalls *signa* ergänzen lässt.

8. *et alia ludibria*] und 'andererseits' Täuschungen = *et alia, quae ludibria erant,* wie **22**, 16, 6 *ludibrium oculorum specie terribile ad frustrandum hostem commentus.*

species] vgl. **26**, 19, 4 *pleraque apud multitudinem per nocturnas visa species.*

Tarracinae] Tarr. liegt in der Nähe des Amasenus, Amiternum am Aternus.

nullae] s. zu 36, 8.

44, 9—**47**. Einnahme von Arpi und andere Kriegsereignisse in Italien.

9. *ex decreto pont.*] bezieht sich auf das vorhergehende *his procuratis;* s. 10, 13.

filio] natürlicher wäre *filii,* aber gerade in Verbindung mit *ire* und *venire* ist der Dat. nicht selten, z. B. **38**, 58, 8 *quae* (*Scipio*), *cum legatus fratris esset, gessisset* und gleich darnach *dignum* (*iudicatum a fratre*), *cui post duos consulatus censuramque et triumphum legatus in Asiam iret.*

10. *eius*] *patris.*

praevectus] wie L. Composita mit *prae* (statt *praeter*) bei Weitem bevorzugt, so hat er vom Reiten stets *equo praevehi* gesagt (neben *praeterequitare* ἅπ. εἰρ. **3**, 61, 9).

animadvertere] 'aufzupassen' und zu thun, was seines Amtes ist; dabei ist zu beachten, dass *animadvertite!* der Ausruf der Lictoren war, mit welchem sie das Volk auf seine Pflichten gegen Consul oder Prätor aufmerksam machten; diese bestanden im *equo desilire, caput adaperire* und *semita cedere.*

proximus] nämlich *consuli*, der letzte in der Reihe.

descendere ex equo] stehende Formel mit *ex.*

satin] = *satisne;* vereinzelt bei L. auch *viden* u. *ain* für *videsne* u. *aisne,* Formen der Umgangssprache.

In ea castra Dasius Altinius Arpinus clam nocte cum 45
tribus servis venit promittens, si sibi praemio foret, se Arpos
proditurum esse. eam rem ad consilium *cum* rettulisset Fabius, 2
aliis pro transfuga verberandus necandusque videri ancipitis
animi communis hostis, qui post Cannensem cladem, tamquam
cum fortuna fidem stare oporteret, ad Hannibalem descisset *et*
traxisset ad defectionem Arpos; tum, quoniam res Romana 3
contra spem votaque eius velut resurgere ab stirpibus videa-
tur, novam referre proditionem proditis polliceatur, aliunde
stet semper, aliunde sentiat, infidus socius, vanus hostis: ad
Faleriorum Pyrrhique proditorem tertium transfugis *hoc* docu-
mentum esset. contra ea consulis pater Fabius temporum ob- 4
litos homines in medio ardore belli, tamquam in pace, libera
de quoque arbitria agere aiebat, ut, cum illud potius agendum 5
atque cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii *a*
populo Romano desciscant, *aut* ut novi concilientur, documen-
tum etiam dicatur statui oportere, si quis resipiscat et anti-
quam societatem respiciat. quod si abire ab Romanis liceat, 6

45. 1. *si sibi praemio foret*] 'es', nämlich *prodere Arpos.*

2. *communis hostis*] ist eine begründende Appos. zum Subject.

3. *resurgere ab stirpibus*] ähnliche Metaphern (daher *velut,* s. zu 1, 7) sind nicht selten bei L., z. B. **26**, 32, 4 *si ab inferis existat rex Hiero.* **26**, 41, 22 *favete nomini Scipionum, suboli imperatorum vestrorum velut accisis recrescenti stirpibus.*

referre proditionem] ist ironische Nachbildung von *gratiam referre:* 'einen Verrath zur Entschädigung bringen'.

referre polliceatur] ist eine seltene Constr.; vgl. **44**, 7, 5 *sine praesidio relinquere se iis urbem inmunesque victuros est pollicitus.*

aliunde sentiat] ist ein auffallender Ausdruck, welcher dem vorhergehenden *aliunde stat* nachgebildet ist; hier aber ist *aliunde,* nicht *alibi* gesagt, weil *stare ab aliquo* die stehende Wendung im class. Latein ist; vgl. **21**, 10, 9 *eventus belli, unde ius stabat, ei victoriam dedit.* **25**, 15, 13 *fido animo, unde pugnabat, stantem.* L. braucht sonst noch *stare cum* (s. § 2) und *pro aliquo, sentire cum aliquo;* s. **1**, 52, 4 *stare ac sentire cum rege.*

vanus] eig. 'nichtig, unschädlich', hier wie 32, 1.

ad] 'zu diesen noch hinzu' = *praeter.*

documentum] ein 'warnendes' Beispiel, s. zu 8, 20; häufiger sagt L. mit Dativ des Zweckes *documento esse;* auch sonst gehen beide Ausdrücke neben einander her, wie *impedimentum esse* (46, 4) u. *impedimento esse* (8, 32, 5) u. a. m.

4. *homines*] wir: 'man', eig. die Leute, die augenblicklich das *consilium* bilden; so **26**, 2, 1 *titulus honoris magnam partem hominum offendebat* (der Senatoren).

5. *ut*] führt das vorhergehende *temporum oblitos* weiter aus, als wenn *adeo oblitos* gesagt wäre: statt frei, durch politische Rücksichten nicht eingeschränkt u. nur nach dem Gefühl des Rechten über jedes einzelne zu entscheiden, wie in Friedenszeiten, soll den Kriegsverhältnissen Rechnung getragen werden.

respiciat] *resp. alqd.* eig. 'nach etwas zurückschauen', dem man den Rücken gekehrt hat, und sich demselben wieder zuwenden, wie man sich vorher von ihm abgewendet hat; so auch das Subst. z. B. **26**, 1, 4 *recepta (Capua) in-*

redire ad eos non liceat, cui dubium esse, quin brevi desperata
ab sociis Romana res foederibus Punicis omnia in Italia iuncta
7 visura sit? se tamen non eum esse, qui Altinio fidei quicquam
8 censeat habendum, sed mediam secuturum consilii viam. ne-
que enim pro hoste neque pro socio in praesentia habitum
libera custodia haud procul a castris placere in aliqua fida ci-
vitate eum servari per belli tempus: perpetrato bello tum con-
sultandum, utrum prior defectio plus merita sit poenae, an hic
9 reditus veniae. Fabio adsensum est, Calenisque legatis tradi-
tus et ipse et comites; et auri satis magnum pondus, quod
10 secum attulerat, ei servari iussum. Calibus eum interdiu so-
11 lutum custodes sequebantur, nocte clausum adservabant. Arpis
domi primum desiderari quaerique est coeptus; dein fama per
totam urbem volgata tumultum ut principe amisso fecit, me-
12 tuque rerum novarum extemplo nuntii missi. quibus nequa-
quam offensus Poenus, quia et ipsum ut ambiguae fidei virum
suspectum iam pridem habebat et causam nactus erat tam di-
13 tis hominis bona possidendi vendendique: ceterum ut irae ma-
gis quam avaritiae datum crederent homines, crudelitatem quo-
14 que aviditati addidit coniugemque eius ac liberos in castra
accitos, quaestione prius habita primum de fuga Altini, dein

clinatura animos videbatur ad veteris imperii respectum.

6. *visura sit*] die Personification von *res R.* ist ungewöhnlich.

7. *mediam secuturum consilii viam*] = *medium consilium,* kurz 'einen Mittelweg einschlagen' wie 9, 3, 11 *media via consilii capitur;* anders als hier ist *sequi* gebraucht 5, 5, 11 *videte quot res, quam inutiles sequantur illam viam consilii* 'folgen auf jene Richtung des Beschlusses, auf den dorthin gerichteten Beschluss' = *illud consilium.*

8. *libera custodia*] *liber* 'ungefesselt'; vgl. § 10.

placere] ergänze *sibi.*

tum] 'dann erst', oft nach dem Abl. abs. z. B. 22, 11, 1 *ita rebus divinis peractis tum de bello dictator rettulit;* vgl. zu 16, 11.

9. *adsensum est*] L. gebraucht wie Cic. vereinzelt auch die active Form *adsentire,* s. 1, 54, 1 *cum adsentire se Gabinis diceret.*

traditus] näml. *in custodiam,* was sich von selbst ergiebt, s. 19, 11.

11. *fama*] seines Verschwindens.

ut principe amisso] *ut* = *ut par erat;* vor einem Abl. abs. setzt L. sonst gewöhnlich *utpote* z. B. 2, 33, 8 *clamor turbavit Volscos utpote capta urbe.*

nuntii] an den Hannibal, wie das folgende *Poenus* zeigt; auch ist ja die Stadt auf dessen Seite, also konnte nur an ihn Mittheilung gemacht werden.

12. *suspectum habebat*] 'in Verdacht hatte', gebildet nach Analogie von *perspectum habere* und Aehnl., so auch Sall. Iug. 71, 5 *obtestatur, ne super tali scelere suspectum sese haberet.*

ditis] die zusammengezogenen Formen von *dives* sind im class. Lat. selten (Abl. *diti,* Neutr. Plur. *ditia,* Gen. Pl. *ditium*).

possidendi] s. zu 25, 3.

13. *datum*] 'ein Zugeständnis gemacht sei' = Spielraum gegeben; vgl. 8, 5, 4 *consanguinitati hoc dabimus, ut condiciones pacis feramus aequas utrisque.*

14. *coniugemque*] wegen *que* s. zu 13, 5.

quantum auri argentique domi relictum esset, satis cognitis
omnibus vivos combussit.

Fabius ab Suessula profectus Arpos primum institit op- 46
pugnare. ubi cum a quingentis fere passibus castra posuisset,
contemplatus ex propinquo situm urbis moeniaque, quae pars
tutissima moenibus erat, quia maxime neglectam custodia vi-
dit, ea potissimum adgredi statuit. comparatis omnibus, quae 2
ad urbes oppugnandas usui sunt, centurionum robora ex toto
exercitu delegit tribunosque viros fortes eis praefecit et mi-
lites sescentos, quantum satis visum est, attribuit eosque, ubi
quartae vigiliae signum cecinisset, ad eum locum scalas iussit
ferre. porta ibi humilis et angusta erat infrequenti via per 3
desertam partem urbis. eam portam scalis prius transgressos
murum aperire ex interiore parte aut claustra refringere iubet
et tenentes partem urbis cornu signum dare, ut ceterae copiae
admoverentur: parata omnia atque instructa sese habiturum.
ea inpigre facta, et quod impedimentum agentibus fore vide- 4
batur, id maxime ad fallendum adiuvit. imber ab nocte media
coortus custodes vigilesque dilapsos e stationibus subfugere in
tecta coegit, sonitusque primo largioris procellae strepitum 5
molientium portam exaudiri prohibuit, lentior deinde aequa-

omnibus] s. zu 29, 4.

combussit] die Punier brachten dem Moloch Menschenopfer dar, besonders Gefangene wurden nicht selten verbrannt.

46. 1. *institit*] s. zu 26, 11.

a quingentis passibus] 'in einer Entfernung von'; vgl. **42**, 58, 1 *castra propius hostem movit rex et a quinque milibus passuum communiit* und sonst (nicht selten bei Caesar); die Entfernung wird von dem 500 Schritte abliegenden Orte aus berechnet.

2. *robora*] vgl. **23**, 16, 8 *media porta robora legionum statuit.*

quantum] 'eine Anzahl *(tantum)*, welche'.

quartae vig.] die letzte dreistündige Wache der Nacht, in der am meisten auf Unachtsamkeit der Feinde gerechnet werden konnte.

signum cecinisset] s. zu 15, 1.

3. *via per desertam p. u.*] ist eng zusammenzunehmen, da die durch . . . führende und in dieses Thor mündende Strasse *infrequens* war.

4. *agentibus*] wie § 5 *molientium* im Deutschen Abstracta, s. zu 31, 2; statt *agentibus* hätte Liv. auch *ad agendum* sagen können (s. **33**, 6, 7 *magnum utrisque inpedimentum ad rem gerendam fuit ager*), er wechselt aber den Ausdruck wegen des folg. *ad fall. adiuvit* (vgl. **27**, 15, 9 *Fabium leve dictu ad rem ingentem potiundam adiuvit*).

ab nocte m.] 'von Mitt. an' oder 'gleich nach M.', s. zu 22, 6.

dilabi] namentl. bei unerlaubtem Verlassen der Posten, wo man sich, um kein Aufsehen zu erregen, zerstreut, z. B. **22**, 2, 4 *Gallos, si taedio laboris longaeque viae . . dilaberentur cohibentem.*

subfugere] hat Liv. in die Prosa eingeführt (ἅπ. εἰρ.).

5. *molientium*] *mol.* ist mit Mühe etwas von der Stelle bewegen, daher z. B. *onera moliri* und **6**, 33, 11 *moliri obices portarum;* hier also = 'aufbrechen' = *claustra refringere,* was mit jenem **23**, 18, 2 verbunden ist: *moliri portas et claustra refringere parat* (beinahe ein Hexameter!)

exaudire] 'deutlich hören, unterscheiden', wie z. B. **32**, 34, 1 *Phi-*

liorque accidens auribus magnam partem hominum sopivit.
6 postquam portam tenebant, cornicines in via paribus inter-
7 vallis dispositos canere iubent, ut consulem excirent. id ubi
factum ex composito est, signa efferri consul iubet ac paulo
47 ante lucem per effractam portam urbem ingreditur. tum de-
mum hostes excitati sunt iam et imbre conquiescente et pro-
2 pinqua luce. praesidium in urbe erat Hannibalis, quinque
milia ferme armatorum, et ipsi Arpiui tria milia hominum
armarant. eos primos Poeni, ne quid ab tergo fraudis esset,
3 hosti opposuerunt. pugnatum primo in tenebris angustisque
viis est. cum Romani non vias tantum sed tecta etiam pro-
xima portae occupassent, ne peti superne ac volnerari possent,
4 cogniti inter *se* quidam Arpinique et Romani, atque inde con-
5 loquia coepta fieri percunctantibus Romanis, quid sibi vellent
Arpini, quam ob noxam Romanorum, aut quod meritum Poe-
norum pro alienigenis ac barbaris Italici adversus veteres
socios Romanos bellum gererent et vectigalem ac stipendia-
6 riam Italiam Africae facerent, Arpinis purgantibus ignaros
omnium se venum a principibus datos Poeno, captos oppres-
7 sosque a paucis esse. initio orto plures cum pluribus conlo-

lippus navem, ut exaudiretur, propius terram adplicuit, 'damit er verstanden würde'.

lentior accidens auribus] vgl. 8, 39, 4 *clamor novus accidens terruit animos*. 8, 24, 11 *quod ubi ad aures accidit regis*.

6. *in via dispositos*] auf dem Wege von dem Thor nach dem Lager, wo Hornisten zurückgelassen sind.

canere] s. zu 15, 1.

47. 3. *tenebris*] vgl. § 1 *propinqua luce*; also höchstens 'im Halbdunkel'.

cum Romani] der Schriftsteller hat *deinde* (welches man nach *primo* erwartet) hinzuzusetzen vergessen, was ihm öfter begegnet ist.

4. *cogniti*] nämlich in den Häusern, die von ihren Bewohnern nicht verlassen sind.

Arpinique et R.] s. zu 39, 6.

5. *quod meritum*] wegen der fehlenden Präp. s. zu 23, 7.

alienigenis ac barb.] dieselben Bezeichnungen gebrauchen Griechen von den Römern **31**, 29, 15 *cum alienigenis, cum barbaris aeternum omnibus Graecis bellum est eritque*.

vectigalem] *v.* sind die Steuern, welche die Einzelnen zahlen nach ihrem Vermögen, *stipendia* die jährlichen Tribute, die der Staat entrichtet; hier bezeichnet die Verbindung nur die völlige Abhängigkeit (ebenso **22**, 54, 11).

6. *purgantibus*] 'als Entschuldigung anführen', so oft bei Liv. z. B. **28**, 37, 2 *purgantibus iis multitudinis concursu factum (esse)*; anders ist **25**, 6, 6 *sine noxam, cuius arguimur, nos purgare*, dass wir die Schuld rein machen, 'uns wegen der Schuld rechtfertigen'; **23**, 7, 6 *malum facinus forti ac memorabili facinore purgare:* durch eine andere That rein machen d. h. sie 'wieder gut machen'.

omnium] s. zu 29, 4.

venum — datos] ist ungewöhnliche Tmesis.

7. *initio orto*] statt *in. facto* ist eine pleonastische, doch dem Liv. sehr gebräuchliche Wendung, z. B. **32**, 39, 9 *initium sermonis ab excusatione tyranni ortum*.

plures cum pluribus] dem *alii cum aliis* nachgebildet im Sinne von *inter se*, doch wird dem Subj. hier zugleich ein Attribut beige-

qui; postremo praetor Arpinus ab suis ad consulem deductus,
fideque data inter signa aciesque Arpini repente pro Romanis
adversus Carthaginiensem arma verterunt. Hispani quoque, 8
paulo minus mille homines, nihil praeterea cum consule pacti,
quam ut sine fraude Punicum emitteretur praesidium, ad con-
sulem transtulerunt signa. Carthaginiensibus portae patefactae 9
emissique cum fide incolumes ad Hannibalem Salapiam vene-
runt. Arpi sine clade ullius praeterquam unius veteris prodi- 10
toris, novi perfugae, restituti ad Romanos. Hispanis duplicia 11
cibaria dari iussa; operaque eorum forti ac fideli persaepe res
publica usa est.

Cum consul alter in Apulia, alter in Lucanis esset, equites 12
centum duodecim nobiles Campani per speciem praedandi ex
hostium agro permissu magistratuum ab Capua profecti ad
castra Romana, quae super Suessulam erant, venerunt, stationi
militum, qui essent, dixerunt: conloqui sese cum praetore velle.

gelegt: sie unterhielten sich 'in grösserer Anzahl auf beiden Seiten' mit einander, entgegengesetzt den § 4 genannten einzelnen.

praetor Arpinus] hier der Anführer der 3000 Arpiner, welcher selbst Arpiner war, vielleicht zu den *magistratus* der Stadt (s. § 12) gehörte; vgl. **23**, 19, 17 *ceteri incolumes Praeneste cum praetore suo M. Anicio — scriba is antea fuerat — redierunt.*

Carthaginiensem] ist collectiv, nicht vom Hannibal zu verstehen; denn diesen bezeichnet L. mit der im Munde eines Römers diesem Worte anhaftenden Verächtlichkeit als *Poenus* (z. B. 13, 1. **21**, 45, 2. ebenda 53, 11). Volksnamen im Sing. gebraucht Liv. oft, z. B. **1**, 13. 2, 4 u. 7. 17, 8 u. s. w.

8. *nihil praeterea — quam*] = *nihil aliud — quam;* sonst gebraucht L. in demselben Sinne gern *praeterquam* (§ 10), z. B. **4**, 4, 12 *nec quod petamus, quicquam est praeterquam ut civium numero simus.*

sine fraude] 'ohne Täuschung' im passiven Sinne (im activen § 2) und daher ohne Schaden und Nachtheil; vgl. **26**, 12, 5 *ut qui civis Campanus ante certam diem transisset, sine fraude esset.* Diese Abmachung der Spanier ist zu auffallend, als dass sie in der von L. erzählten Weise für richtig gehalten werden kann. Es werden Verhandlungen mit dem Führer der Punier stattgefunden haben, welcher auf ehrenvolle Weise capitulierte, um Blut zu sparen. L. aber will die Spanier loben (s. § 11) und legt ihnen einen Zug von Edelmuth bei, welcher zu der Situation gar nicht passt.

10. *ullius*] wie *nullius* und *nullo* subst. gebraucht und den Formen von *nemo* vorgezogen werden, so findet sich bei L. sehr oft auch *ullius* und *ullo* statt *cuiusquam* und *quoquam.*

unius] des Dasius.

sine clade restituti ad] 'ohne Verlust', wie sonst oft *sospes* in dieser Verbindung erscheint, z. B. **2**, 49, 7 *ut sospites brevi in patriam ad parentes restituant*: jemandem wiederzugestellt, 'ihm wiedergewonnen' werden.

11. als Belohnung *ob virtutem* wurden den Soldaten Vieh, Kleider, verdoppelter Sold oder doppelte Rationen (auch *duplex frumentum* genannt) für bestimmte Zeit, selbst Befreiung vom Kriegsdienst (*militiae vacatio*) u. a. gegeben.

forti ac fideli] s. zu 14, 4.

12. *alter in Lucanis*] Gracchus.

praedari ex agro] 'Beute holen', wie *praedam agere ex agro* (**1**, 1, 5).

13 Cn. Fulvius castris praeerat; cui ubi nuntiatum est, decem ex
eo numero iussis inermibus deduci ad se, ubi, quae postula-
rent, audivit — nihil autem aliud petebant, quam ut Capua
recepta bona sibi restituerentur —, in fidem omnes accepti.
14 et ab altero praetore Sempronio Tuditano oppidum Atrinum
expugnatum. amplius sex milia hominum capta et aeris argen-
15 tique signati aliquantum. — Romae foedum incendium per duas
noctes ac diem unum tenuit: solo aequata omnia inter Salinas
ac portam Carmentalem cum Aequimaelio Iugarioque vico,
16 cum templis Fortunae ac matris Matutae. et extra portam
late vagatus ignis sacra profanaque multa absumpsit.

48 Eodem anno P. et Cn. Cornelii, cum in Hispania res pro-
sperae essent multosque et veteres reciperent socios et novos
2 adicerent, in Africam quoque spem extenderunt. Syphax erat
3 rex Numidarum, subito Carthaginiensibus hostis factus: ad
eum centuriones tres legatos miserunt, qui cum eo amicitiam
societatemque facerent et pollicerentur, si perseveraret urguere
bello Carthaginienses, gratam eam rem fore senatui populo-
que Romano, et adnisuros, ut in tempore et bene cumulatam
4 gratiam referant. grata ea legatio barbaro fuit; conlocutus-
que cum legatis de ratione belli gerundi, ut veterum militum
verba audivit, quam multarum rerum ipse ignarus esset, ex

13. *nuntiatum est*] 'Meldung gemacht war'.

14. *Atrinum*] unbekannte Stadt.

15. *tenuit*] oft intr. bei L. 'hielt an', z. B. 23, 44, 6 *imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit.* 25, 39, 10 *proelium diu tenuit.*

Das Feuer wüthet von den Salinen (bei der *porta Trigemina* am Aventinus) bis zur *p. Carmentalis* am Capitolinus, in deren Nähe sich das Aequimelium und der *Iug. vicus* befinden. Vor allem also wurde das *forum boarium* betroffen, und an diesem liegen die erwähnten beiden Tempel.

16. *extra portam*] näml. *Carmentalem*; denn 25, 7, 6 heisst es: *triumviri reficiendis aedibus Fortunae et matris Matutae intra portam Carmentalem et Spei extra portam, quae priore anno incendio consumptae fuerant.*

48—49. König Syphax wird Bundesgenosse Roms und hat schwere Kämpfe in Afrika zu bestehen. Spanien ist im J. 213 fast ganz ruhig.

48. 2. *Syphax erat*] s. zu 37, 3. Genauer wird er anderswo König der Masaesulier genannt, d. i. des westlichsten, an Mauretanien grenzenden Theils von Numidien mit der Hauptstadt Cirta; König des andern Theils, der östlich an das carthag. Gebiet anstösst, der Maesulier, ist Gala; s. § 13.

3. *perseveraret*] also hat derselbe die Verlegenheiten Carthagos schon zu kriegerischen Unternehmungen gegen sie benutzt. (*pers.* mit Inf. *ἅπ. εἰρ.*)

bene cumul.] das *bene* vor Adj. gehört mehr der Umgangssprache an (franz. *bien*) = *valde;* vgl. 28, 44, 7 *ut bene tutus a perfidia sim.*

referant] trotz *perseveraret,* ein Wechsel, der bei L. nicht auffällt, zumal nicht in der Rede, s. 33, 6; *referant* ist das Tempus der directen Rede.

4. *legatio*] nicht die *legati,* sondern was sie bringen, die 'Botschaft', s § 5.

ex conparatione] eigentl. in Folge der Vergleichung, d. h. 'im Ver-

conparatione tam ordinatae disciplinae animum advertit. tum 5
primum, ut pro bonis ac fidelibus sociis facerent, oravit, ut
duo legationem referrent ad imperatores suos, unus apud sese
magister rei militaris resisteret. rudem ad pedestria bella Nu-
midarum gentem esse, equis tantum habilem: ita iam inde a 6
principiis gentis maiores suos bella gessisse, ita se a pueris
insuetos. sed habere hostem pedestri fidentem Marte, cui si
aequari robore virium velit, et sibi pedites comparandos esse.
et ad id multitudine hominum regnum abundare, sed armandi 7
ornandique et instruendi eos artem ignorare. omnia, velut
forte congregata, vasta ac temeraria esse. facturos se in 8
praesentia quod vellet legati respondent fide accepta, ut remit-
teret extemplo eum, si imperatores sui non comprobassent
factum. Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem remansit. cum 9
duobus Romanis rex Numidas legatos in Hispaniam misit ad
accipiendam fidem ab imperatoribus Romanis. iisdem manda- 10
vit, ut protinus Numidas, qui intra praesidia Carthaginiensium
auxiliares *essent*, ad transitionem perlicerent. et Statorius ex 11
multa iuventute regi pedites conscripsit ordinatosque proxime
morem Romanum instruendo et decurrendo signa sequi et ser-

gleich zu'; ebenso 22, 8, 2 *levis ex conparatione priorum iactura.*

animum advertit] s. zu 18, 2.

5. *ut duo*] specialisiert die voraufgehende allgem. Bitte *ut pro sociis facerent* (2, 4 *pro sociis egisse*); dem *primum* entspricht kein *deinde*, vgl. zu 47, 3.

legationem referrent] die Bedeutung der *legatio* (s. zu § 4) zeigt sich deutlich in der dem L. sonst gebräuchlicheren Verbindung *legationem renuntiare.*

resisteret] 'zurückbliebe', in der Praesensf. bei dieser Bed. nur hier.

rudem ad] s. zu 13, 11; vgl. 28, 25, 8 *Scipio bellis adsuetus, ad seditionum procellas rudis.*

habilem] 'brauchbar'; die eigentl. Bedeutung s. zu 31, 14.

6. *insuetos*] 'ungewohnt', hier Passiv von *insuescere* 'gewöhnt', ein höchst seltener Ausdruck, für den sich bei Liv. kein Analogon findet.

habere] ohne *se*, s. zu 6, 5.

aequari alicui] 'jem. gleichgemacht w.', dem Sinne nach = dem activen *aequare aliquem.*

robore virium] *rob.* die ausdauernde, widerstandsfähige Stärke, der 'Kern'.

7. *instruendi*] nicht synonym mit *ornandi*, sondern von der Aufstellung wie § 11; vgl. 30, 33, 1 *instruit deinde primos hastatos, post eos principes. — non confertas cohortes ante signa instruebat;* ebd. § 4 *Hannibal primos elephantos instruxit, deinde auxilia.*

ignorare] ohne *se*, wie § 6 *habere.*

temerarius] 'planlos'.

8. *eum*] erklärt der Zusammenhang.

9. *Statorio*] s. zu 42, 8.

ad accipiendam fidem] wie die Römer von ihm § 8; vgl. 23, 34, 2 *missique ad firmandam fidem legati*, was auch hier passender gewesen wäre, da die Ges. sich die Bestätigung holen sollen.

10. *intra praesidia*] 'innerhalb der Besatzungsplätze', der Zusatz *auxiliares* erklärt den Ausdruck als unter den 'Besatzungen' befindlich; vgl. 25, 24, 15 *praemittit Syracusanos, qui intra praesidia Romana fuerant* und öfter.

11. *ordinatos*] = *in ordines dispositos*, wie bei den Manipeln.

decurrere] als Exerciermanöver so viel als 'marschieren' mit Schwen-

12 vare ordines docuit et operi aliisque iustis militaribus ita ad-
suefecit, ut brevi rex non equiti magis fideret quam pediti
conlatisque aequo campo signis iusto proelio Carthaginiensem
13 hostem superaret. Romanis quoque in Hispania legatorum
regis adventus magno emolumento fuit: namque ad famam
eorum transitiones crebrae ab Numidis coeptae fieri. ita cum
Syphace Romanis coepta amicitia est.

Quod ubi Carthaginienses acceperunt, extemplo ad Galam
in parte altera Numidiae — Maesulii ea gens vocatur — re-
49 gnantem legatos mittunt. filium Gala Masinissam habebat
septem decem annos natum, ceterum iuvenem ea indole, ut
iam tum appareret maius regnum opulentiusque, quam quod
2 accepisset, facturum. legati, quoniam Syphax se Romanis
iunxisset, ut potentior societate eorum adversus reges popu-
3 losque Africae esset, docent melius fore Galae quoque Cartha-
giniensibus iungi quam primum, antequam Syphax in Hispaniam
aut Romani in Africam transeant: opprimi Syphacem nihildum
4 praeter nomen ex foedere Romano habentem posse. facile persua-
sum Galae, filio deposcente id bellum, ut mitteret exercitum; qui
Carthaginiensibus legionibus coniunctis magno proelio Syphacem
devicit. triginta milia eo proelio hominum caesa dicuntur.
5 Syphax cum paucis equitibus in Maurusios ex acie Numidas
— extremi prope Oceanum adversus Gadis colunt — refugit
adfluentibusque ad famam eius undique barbaris ingentis brevi

kungen u. a.; vgl. **23**, 35, 6 *decurrere milites cogebat, ut tirones adsuescerent signa sequi et in acie agnoscere ordines suos.*

12. *iustis militarib.*] substantivierte Adj. im Neutr. Plur. nehmen einen Gen. oder ein anderes attrib. Adj. zu sich; vgl. **27**, 40, 4 *multa secunda gesta. iusta* sind die üblichen, pflichtmässigen Verrichtungen einer Person.

Carthag. hostem] ebenso **22**, 14, 5 *ut ab Samnite hoste tuta haec ora esset.*

13. *coepta amicitia est*] so sagt Liv. auch **29**, 11, 2 *cum Attalo coeptam amicitiam esse;* häufiger *amicitiam iungere.*

49. 1. *septem decem*] seltenere Form, ebenso **25**, 5, 8; s. zu 15, 2. Da Masin. 149 v. Chr. über 92 Jahr alt stirbt, so ist er jetzt thatsächlich ungefähr 27 Jahr alt; L. hat sich in der Zahl geirrt, wie *ceterum iuvenis ea ind.* beweist.

2. *reges populosque*] so oft, z. B. **26**, 43, 4 = monarchische Staaten und Republiken; wäre die Verbindung nicht formelhaft, so würde Liv. wohl *gentes* gesetzt haben, da er mit *populi* gern den Begriff des Civilisierten verbindet.

3. *opprimi*] Asynd. explic.

4. *legiones*] nach römischer Bezeichnung.

coniunctis] das *secum* oder *sibi*, wie § 2, ergiebt der Zusammenhang.

magno proelio] nach anderen Berichten haben die Karthager den Hasdrubal mit seinen Truppen aus Spanien herbeigerufen, woraus sich die furchtbare Niederlage des Syphax eher erklärt.

5. *Maurusios Numidas*] die Maurusier sind identisch mit den Mauren, die **21**, 22, 3 ebenso *accolae Oceani* genannt werden. Der Zusatz *Numidas* erklärt sich daraus, dass dies bei Liv. (wie auch sonst) öfter ein Gesammtbegriff ist für die Küstenvölker Afrikas. Die Wortstellung ist etwas gesucht.

copias armavit, cum quibus in Hispaniam angusto diremptam 6
freto traiceret. *sed* Masinissa cum victore exercitu advenit; isque ibi cum Syphace ingenti gloria per se sine ullis Carthaginiensium opibus gessit bellum.

In Hispania nihil memorabile gestum praeterquam quod 7
Celtiberum iuventutem eadem mercede, qua pacta cum Carthaginiensibus erat, imperatores Romani ad se perduxerunt, et 8
Cominio] muss zwischen Benevent und Aquilonia gelegen haben.

14. *frumentatoribus*] = *militibus, qui frumentatum profecti erant*; anders § 11 = *homines, qui in castris ad accipiendum frumentum praesto erant* (13, 6).

et Campani audita sua pariter sociorumque clade legatos ad 15
Hannibalem miserunt, qui nuntiarent duos consules ad Beneventum esse diei iter a Capua, tantum non ad portas et muros bellum esse: ni propere subveniat, celerius Capuam quam Arpos
in potestatem hostium venturam. ne Tarentum quidem, non 2
modo arcem tanti debere esse, ut Capuam, quam Carthagini aequare sit solitus, desertam indefensamque populo Romano
tradat. Hannibal curae sibi fore rem Campanam pollicitus in 3
praesentia duo milia equitum cum legatis mittit, quo praesidio agros populationibus possent prohibere.

Romanis interim sicut aliarum rerum, arcis Tarentinae 4
praesidiique, quod ibi obsideretur, cura est. C. Servilius legatus, ex auctoritate patrum a P. Cornelio praetore in Etruriam ad frumentum coemendum missus, cum aliquot navibus onustis
in portum Tarentinum inter hostium custodias pervenit. cuius 5
adventu, qui ante in exigua spe vocati saepe ad transitionem ab hostibus per conloquia erant, ultro ad transeundum hostis vocabant sollicitabantque. et erat satis validum praesidium traductis ad arcem Tarenti tuendam *a Metaponto* militibus.
itaque Metapontini extemplo metu, quo tenebantur, liberati ad 6
Hannibalem defecere. hoc idem eadem ora maris et Thurini
fecerunt. movit eos non Tarentinorum magis defectio Meta- 7

15, 1. *tantum non*] eigentlich 'nur noch nicht' an den Th. (dies eine fehlte noch) = 'fast, beinahe'; mehrmals von Liv. so gebraucht. - 2. *non modo arcem*] 'geschweige' die Burg, eig. aber sind die beiden Glieder umgestellt zu denken: *non modo arcem, sed ne Tarentum quidem tanti debere esse,* wo in Folge des gemeinschaftlichen Prädikats die Negation *ne — quidem* zurückwirkt; daher ist *non modo* statt *non modo non* gesagt, wie 21, 7. Livius hat die Umstellung der Kürze wegen vorgenommen und um den betonten Begriff *Tarentum* an die Spitze zu stellen. Vgl. **28**, 39, 11 *Turdetaniam ita bello adflixit, ut non modo nobis, ne posteris quidem timenda nostris esset,* wo ausnahmsweise *sed* ausgelassen ist. Demnach ist 26, 10 bei verschiedenem Prädikat die Auslassung des *non* auffällig.

3. *in praesentia*] s. zu 35, 7.

agros populationibus prohibere] 'schützen vor', eig. 'fern halten von'. *prohibere* gebraucht Liv. verschieden, s. **23**, 11, 3 *lasciviam a vobis prohibetote.* **39**, 16, 8 *uti vates foro prohiberent.* **4**, 52, 6 *legati prohibiti commercio sunt;* sehr häufig wie an obiger St. = *defendere a,* z. B. **22**, 14, 2 *festinare ad prohibendam populationibus Campaniam.*

15, 4—18. Die Burg von Tarent wird entsetzt. Metapontum und Thurii fallen von den Römern ab.

4. *sicut*] ohne *ita* im folgenden Gliede, ist bei Liv. häufig.

obsideretur] der Conjunctiv als ausgesprochene Ansicht derer, *quibus cura erat.* Der Indicativ wäre hier natürlicher.

5. *in exigua spe*] bei ihrer geringen Aussicht auf Erfolg oder Hülfe; vgl. 38, 18 *in tenui spe fortissima quaeque consilia tutissima sunt.*

tenebantur] = *continebantur.*

6. *defecere*] diese Form ist hier gewählt, um den Reim mit dem folgenden *fecerunt* zu vermeiden.

7. *indidem*] = *ex eadem terra,* wozu erklärend ('nämlich') *ex*

pontinorumque, quibus indidem ex Achaia oriundi etiam cognatione iuncti erant, quam ira in Romanos propter obsides nuper
8 interfectos. eorum amici cognatique litteras ac nuntios ad Hannonem Magonemque, qui in propinquo in Bruttiis erant, miserunt, si exercitum ad moenia admovissent, se in potesta-
9 tem eorum urbem tradituros esse. M. Atinius Thuriis cum modico praesidio praeerat, quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur posse, non militum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam iuventutis Thurinae: eam ex industria cen-
10 turiaverat armaveratque ad talis casus. divisis copiis inter se duces Poeni cum agrum Thurinum ingressi essent, Hanno cum peditum agmine infestis signis ire ad urbem pergit, Mago cum equitatu tectus collibus apte *ad te*gendas insidias oppositis sub-
11 sistit. Atinius peditum tantum agmine per exploratores comperto in aciem copias educit et fraudis intestinae et hostium
12 insidiarum ignarus. pedestre proelium fuit persegne paucis in prima acie pugnantibus Romanis, Thurinis expectantibus magis quam adiuvantibus eventum; et Carthaginiensium acies de industria pedem referebat, ut ad terga collis ab equite suo

Achaia hinzugesetzt ist; so öfter bei Liv. (auch Cic. p. Sex. Rosc. 74 sagt: *indidemne Ameria an ex* (*hac*) *urbe*), z. B. **41**, 17, 8 *eodem Pisas ad conveniendum exercitui diem edixerat.* **42**, 47, 9 *ut eodem rursus in Graeciam remitteretur.* Gleiche Abstammung hatten Metapont und Thurii; Tarent war dorisch (Colonie von Lacedaemon).

non magis . . quam] 'ebenso sehr . . als', legt den Nachdruck auf das zweite Glied; im Deutschen müssen also die Glieder umgestellt werden.

ira in Romanos] eben so **21**, 25, 2 *ob veteres in populum Romanum iras.* Die Präp. *in* statt des Gen. obiect. der Deutlichkeit wegen gesetzt, auch nothwendig, weil das Subst. nicht von einem transitiven Verbum abgeleitet wird. Wo der Gen. bei *ira* nicht subiectivus ist, bezeichnet er die Relation ('wegen'), z. B. **21**, 2, 6 *ob iram interfecti domini.* **27**, 7, 13 *ob similis iram fugae* u. s. w.

8. *in propinquo*] s. zu 16, 2.

9. *praeerat*] s. zu 16, 7.

non militum . . quam iuventutis] Liv. hat vor dem Relativum (*quam*) das Demonstrativum (*tam*) zuweilen ausgelassen; *quam* nähert sich so der Bedeutung von *potius.*

fiducia] in Folge 'seines' Vertrauens, weil er . . .

ex industria] eben so **26**, 51, 11, ohne Unterschied der Bedeutung von *de industria*, das L. gewöhnlich gebraucht, z. B. § 12.

centuriaverat] er hatte eine Bürgerwehr gebildet und diese nach militairischem Zuschnitt in Compagnien eingetheilt.

10. *pergit ire*] eig. in einer eingeschlagenen Richtung fortgehen (daher mit *ad* oder *in* verbunden) = 'gerade auf etwas losgehen'; *pergere* dann stets im Praes. hist.

11. *agmine comperto*] 'in Erfahrung gebracht', d. h. 'von ihm Kunde erhalten hatte'. *comperire* mit Objectssubst. ist eine im classischen Latein seltene Verbindung.

12. *terga collis*] eine häufige Metapher ist es, Oertlichkeiten nach Körpertheilen zu bezeichnen; so sagt L. **29**, 32, 2 *Masinissam in verticem montis compellit* 'Scheitel des B.' **36**, 15, 6 *Appennini dorso Italia dividitur* 'Bergrücken'. **37**, 31, 9 *inde in altum lingua mille passuum excurrens medium sinum distinguit* 'Landzunge' u. a. m.

equite] collectiv (= *equitibus;* s. § 13), wie § 14 und 41, 4. 5.

insessi hostem incautum pertraheret. quo ubi est ventum, coorti 13
cum clamore equites prope inconditam Thurinorum turbam
nec satis fido animo, unde pugnabat, stantem extemplo in
fugam averterunt. Romani, quamquam circumventos hinc pe- 14
des, hinc eques urgebat, tamen aliquamdiu pugnam traxere.
postremo et ipsi terga vertunt atque ad urbem fugiunt. ibi 15
proditores conglobati cum popularium agmen patentibus portis
accepissent, ubi Romanos fusos ad urbem ferri viderunt, con-
clamant instare Poenum, permixtosque et hostis urbem inva-
suros, ni propere portas claudant. ita exclusos Romanos prae-
buere hosti ad caedem, Atinius tamen cum paucis receptus.
seditio inde paulisper tenuit, cum in *fide alii manendum*, alii 16
cedendum fortunae et tradendam urbem victoribus censerent.
ceterum, ut plerumque, fortuna et consilia mala vicerunt: Atinio 17
cum suis ad mare ac naves deducto, magis quia ipsi ob im-
perium in se mite ac iustum consultum volebant, quam re-
spectu Romanorum, Carthaginienses in urbem accipiunt.

Consules a Benevento in Campanum agrum legiones du- 18
cunt non ad frumenta modo, quae iam in herbis erant, cor-
rumpenda, sed ad Capuam oppugnandam, nobilem se consula- 19
tum tam opulentae urbis excidio rati facturos simul et ingens
flagitium imperio dempturos, quod urbi tam propinquae tertium
annum inpunita defectio esset. ceterum ne Beneventum sine 20

13. *unde pugnabat*] *unde* (= *a quo;* vgl. 19, 5 *ab Romanis*) ist dem folgenden *stantem* zu Liebe gesagt, das L. mit *cum* (16, 5; vgl. 30, 3), *pro* und *ab aliquo* verbindet, um auszudrücken, auf wessen Seite jemand steht; *ubi pugnabat* würde einen anderen Sinn haben.

15. *urbem invasuros*] würden 'eindringen' in . ., wie 16, 23 und **24**, 33, 9 *non diffidebant urbem parte aliqua se invasuros.*

16. *tenuit*] intrans. 'hielt an, dauerte', wie nicht selten bei Liv., z. B. 27, 6. 39, 10. **23**, 44, 6 *imber continens per noctem totam tenuit.*

fortunae] dem 'Verhängnis', welches nun einmal gewollt habe, dass man so weit gekommen sei, d. h. 'den Umständen'.

17. *fortuna*] hierzu ist aus dem Folgenden *mala* zu denken: 'das böse Verhängnis'.

mare ac naves] ist eine beliebte Verbindung bei Liv., z. B. **27**, 28, 17 *ut passim ad mare ac naves fugerent.*

in se] Stellung, wie 4, 3: 'gegen sie geübt'.

15, 18—20. Einmarsch der Römer in Campanien.

18. *in herbis erant*] 'auf dem Halm stand'.

19. *flagitium*] hier nur so viel als *ignominia*; vgl. **42**, 60, 4 *consul moveri flagitio timoris fatendi.*

tertium annum] ungenaue Zahlangabe, denn Capua war schon 216 v. Chr. abgefallen. Da aber der Abfall in der zweiten Hälfte des J. 216 stattfand, und wir jetzt im Anfang des J. 212 stehen, so scheint nur die Zwischenzeit gerechnet zu sein und *tertium annum* '(nun schon) drei volle Jahre' zu bedeuten.

20. *ad subita belli*] 'für (bei) unvorhergesehene Fälle'. Da im Neutrum ein substantivischer Begriff liegt, so kann zu ihm ein Attribut hinzutreten, wie **24**, 1, 2 *cetera necessaria.* **27**, 20 3 *cetera belli*; vgl. zu 16, 2.

praesidio esset et ut ad subita belli, si Hannibal, quod factu-
rum haud dubitabant, ad opem ferendam sociis Capuam ve-
nisset, equitis vim sustinere possent, Ti. Gracchum ex Lucanis
cum equitatu ac levi armatura Beneventum venire iubent: le-
gionibus stativisque ad obtinendas res in Lucanis aliquem prae-
16 ficeret. Graccho, priusquam ex Lucanis moveret, sacrificanti
2 triste prodigium factum est: ad exta sacrificio perpetrato angues
duo ex occulto adlapsi adedere iocur conspectique repente ex
3 oculis abierunt. *ob* id cum haruspicum monitu sacrificium in-
staurareturatque intentius exta reservarentur, iterum ac ter-
tium tradunt *adlapsos* libatoque iocinere intactos angues abisse.
4 cum haruspices ad imperatorem id pertinere prodigium prae-
monuissent et ab occultis cavendum hominibus consultisque,
nulla tamen providentia fatum imminens moveri potuit.
5 Flavus Lucanus fuit caput partis eius Lucanorum, cum
pars ad Hannibalem defecisset, quae cum Romanis stabat, et iam
6 *altero* anno in magistratu erat, ab iisdem illis creatus praetor.
is mutata repente voluntate locum gratiae apud Poenum quae-

facturum haud dubitabant] im Acc. c. inf., besonders beim Inf. Fut. fehlt oft das Subjectspronomen und dann auch gewöhnlich *esse;* s. 16, 7. 26, 2. (38, 17). Nach *haud* (*non*) *dubito* ist der Acc. c. inf. bei Liv. eben so häufig (s. 21, 2. 25, 4) wie *quin;* vgl. 19, 2. 24, 8.

ad res obtinendas] um die Angelegenheiten zu behaupten, die Herrschaft in Händen zu behalten, 'die Situation zu beherrschen'.

16—17. Verrätherischer Ueberfall und Ermordung des Proconsuls Gracchus.

16, 1. *moveret*] s. zu 9, 7.

2. *ex occulto*] eben so 39, 6. Das Neutrum Sing. eines Adj. wird von Livius sehr häufig mit Präp. verbunden, um theils einen Adverbialbegriff auszudrücken (s. zu 9, 11), theils die Stelle eines Substantivs zu vertreten, wie 1, 7 *in secreto*. 13, 10 u. 23, 11 *ex propinquo*. 15, 8 u. 38, 19 *in propinquo*. 23, 15 *in occulto* u. s. w. (vgl. zu 10, 1). Diese substantivierten Adj. sind im Deutschen oft nur durch wirkliche Substantiva oder Subst. mit Adj. wiederzugeben (s. zu 21, 6). Insbesondere dienen die Neutra Plur. zum Ausdruck von Localitäten (s. zu 13, 14), doch auch von anderen Begriffen, und weil sie Substantiva vertreten, können zu ihnen Attribute hinzugefügt werden (s. zu 15, 20).

iocur] veraltete Form statt *iecur*, die sich bei Liv. noch **27**, 26, 13 und **41**, 15, 1 findet. Der Gen. lautet bei Cic. *iecoris*, bei Liv. daneben *iocineris* (§ 3).

3. *reservarentur*] eig. 'aufheben' zu einem bestimmten Zwecke, hier = dem Simplex. Die *exta* (Herz, Lunge, Leber) wurden ausgenommen und bei Seite gelegt; ihre Besichtigung erfolgte erst nach Vollendung des Opfers.

4. *occultis*] 'versteckt', zu beiden Substantiven gehörig.

moveri] = *mutari*, wie nicht selten bei Livius. Die *necessitas* ist *immutabilis*.

5. *cum pars . . defecisset*] auffallende Stellung des Satzes, da wenigstens das Relat. *quae* vor demselben stehen sollte. Zu *pars* ist *altera* zu ergänzen.

cum Romanis stabat] s. zu 15, 13.

in magistratu erat] er war nämlich *praetor* und zwar Vorsteher des Gesammtvolkes (§ 14); die einzelnen *civitates* haben daneben ihre besonderen *praetores*, s. § 10.

6. *gratiae*] ist Gen. von *locum*

rens neque transire ipse neque trahere ad defectionem Lucanos
satis habuit, nisi imperatoris et eiusdem hospitis proditi capite
ac sanguine foedus cum hostibus sanxisset. ad Magonem, qui 7
in Bruttiis praeerat, clam in colloquium venit fideque ab eo
accepta, si Romanum iis imperatorem tradidisset, liberos cum
suis legibus venturos in amicitiam Lucanos deducit Poenum
in locum *angustum; eo cum* paucis Gracchum adducturum ait:
Mago ibi pedites equitesque armatos — et capere eas latebras 8
ingentem numerum — occuleret. loco satis inspecto atque 9
undique explorato dies composita gerendae rei est. Flavus ad
Romanum imperatorem venit. rem se ait magnam incohasse, 10
ad quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esse. omnium
populorum praetoribus, qui ad Poenum in illo communi Italiae
motu descissent, persuasisse, ut redirent in amicitiam Roma-
norum, quando res quoque Romana, quae prope exitium clade 11
Cannensi venisset, in dies melior atque auctior fieret, Hanni-
balis vis senesceret ac prope ad nihilum venisset. veteri de- 12
licto haud inplacabilis fore Romanos: nullam umquam gentem
magis exorabilem promptioremque veniae dandae fuisse. quo-
tiens rebellioni etiam maiorum suorum ignotum! haec ab sese 13
dicta; ceterum ab ipso Graccho eadem haec audire malle eos
praesentisque contingere dextram *et* id pignus fidei secum ferre.
locum se concilio iis dixisse a conspectu amotum haud procul 14
castris Romanis; ibi paucis verbis transigi rem posse, ut omne
nomen Lucanum in fide ac societate Romana sit. Gracchus 15
fraudem et sermoni et rei abesse ratus ac similitudine veri

'Gelegenheit' abhängig, wie 3, 46, 2 *inquietum hominem locum seditionis quaerere dicit.*

7. *in Bruttiis praeerat*] *praeesse* absolut = 'commandieren'; eben so 15, 9. Auch *praeponere* und *praeficere* werden absolut gebraucht, z. B. 22, 5.

liberos cum suis legibus] dieselbe Abmachung 8, 8.

adducturum] ebenso § 10 *persuasisse*, 18, 8 *parcere* ohne *se;* s. zu 15, 20.

9. *gerendae rei*] Dativ, wie 3, 14.

11. *quando*] in causaler Bed. häufiger mit *quidem* zusammengesetzt; doch eben so 32, 2.

quoque] lässt einen andern Ueberredungsgrund voraussetzen: da sie ja überhaupt unrecht daran gethan hätten, abzufallen, und nun 'ausserdem' Hannibals Stern im Erblassen sei.

auctior fieret] = *augeretur* 'mehr zunehme, erstarke'.

senesceret] s. zu 7, 11.

12. *veteri*] dem 'früheren', näml. *defectioni.* Statt des Dativs hätte auch *ad vetus delictum* gesagt werden können nach 4, 42, 9: *placabile ad iustas preces ingenium.*

promptiorem] auch nach diesem Adj. findet sich bei Liv. neben dem Dat. die Constr. mit *ad.*

13. *id pignus*] 'dies als Unterpfand', nämlich das durch den Handschlag ihnen gewissermassen in die Hand gegebene Ehrenwort.

14. *transigi rem posse*] 'es' könne abgemacht, zu Stande gebracht w., dass . .'.

15. *sermoni abesse*] der Dat. steht bei *abesse* in der Bed. 'fehlen' (= vermisst werden) und 'fern sein (und bleiben)', z. B. 7, 37, 6 *quibus calonum turba aberat* und 36, 7, 7 *absit verbo invidia.*

captus, cum lictoribus ac turma equitum e castris profectus
16 duce hospite *in* insidias praecipitatur. hostes subito exorti, et
ne dubia proditio esset, Flavus iis se adiungit. tela undique
17 in Gracchum atque equites coniciuntur. Gracchus ex equo de-
silit; idem ceteros facere iubet hortaturque, ut quod unum re-
18 liquum fortuna fecerit, id cohonestent virtute. reliquum autem
quid esse paucis a multitudine in valle silva ac montibus saepta
19 circumventis praeter mortem? id referre, utrum praebentes
corpora pecorum modo inulti trucidentur, an toti a patiendo
expectandoque eventu in impetum atque iram versi, agentes
audentesque, perfusi hostium cruore inter exspirantium inimi-
20 corum cumulata armaque et corpora cadant. Lucanum pro-
ditorem ac transfugam omnes peterent; qui eam victimam prae
se ad inferos misisset, eum decus eximium, egregium solacium
21 suae morti inventurum. inter haec dicta paludamento circa
laevum brachium intorto — nam ne scuta quidem secum ex-
22 tulerant — in hostis impetum fecit. maior quam pro numero
hominum editur pugna: iaculis maxime aperta corpora Roma-
norum, et cum undique ex altioribus locis in cavam vallem

turma] 30 Mann stark, der zehnte Theil einer *ala*.

praecipitatur] 'stürzen' ist trans. = *praecipitare* (24, 5), intrans. = *praecipitare* (11, 6) oder *praecipitari:* vgl. zu 11, 6; 'sich stürzen' ist medial *praecipitari* oder *se praecipitare* (**23**, 19, 6).

17. *reliquum fecerit*] bei Liv. gebräuchliche Wendung für 'übrig lassen', z. B. **26**, 47, 1 *omnia, quae reliqua eis bellum fecerat, restituit.*

cohonestent] mit dazu beitragen (*con-*), dass etwas in höherem Glanz und Ehrenschmuck erscheine. Dasselbe Verbum gebraucht L. noch **38**, 47, 3 in der Verbindung *cohonestare victoriam.*

19. *praebentes corpora trucidentur*] 'widerstandslos ('sich' hingebend) s i c h abschlachten l a s s e n'; *trucidare,* das gefühllose Zusammenhauen bezeichnend, wird besonders vom Vieh gesagt. Catilina schliesst seine Ansprache an das Heer vor der Schlacht bei Pistoria mit folgenden Worten (Sall. Cat. 58, 21): *cavete, inulti animam amittatis neu capti potius sicuti pecora trucidemini, quam virorum more pugnantes cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.*

a patiendo] hierzu ist *aversi* aus dem folgenden *versi* zu denken; in der deutschen Uebersetzung ein Satz mit 'statt zu . .'.

agentes audentesque] 'voll Kraft und Muth', oft verbunden, z. B. 23, 15; auch in umgekehrter Stellung, z. B. **22**, 53, 7 *audendum atque agendum, non consultandum ait in tanto malo esse.*

perfusi cruore] eben so **30**, 28, 5; sonst verbindet Liv. gern *respergere cruore.*

armaque et corpora] *que* — *et* entsprechen sich bei Liv. häufig, so **4**, 53, 12 *plausuque et adsensu.* **21**, 30, 2 *gentesque et terrae.* **23**, 26, 8 *fugaque et caedes*; vgl. 14, 5. 37, 14.

20. *suae morti*] von dem Verbum abhängig, sonst wäre *suae mortis* gesagt.

21. *paludamento*] *paludamentum* ist das Abzeichen des Commandeurs, *praetexta* das der Consulwürde.

scuta] s. zu 18, 13.

22. *aperta*] 'weil sie *ap.* waren', parallel mit *et cum undique . .*

coniectus] 'freier' Wurf; *coniectus erat* (nämlich *telorum*) = *tela conici poterant.*

coniectus esset, transfiguntur. Gracchum iam nudatum prae- 23
sidio vivum capere Poeni nituntur; ceterum conspicatus Luca-
num hospitem inter hostis adeo infestus confertos invasit, ut
parci ei sine multorum pernicie non posset. exanimem eum 24
Mago extemplo ad Hannibalem misit ponique cum captis simul
fascibus ante tribunal imperatoris iussit. haec si vera fama 25
est, Gracchus in Lucanis ad campos, qui veteres vocantur,
periit. sunt qui in agro Beneventano prope Calorem fluvium 17
contendant a castris cum lictoribus ac tribus servis lavandi
causa progressum, cum forte inter salicta innata ripis laterent 2
hostes, nudum atque inermem saxisque, quae volvit amnis, pro-
pugnantem interfectum. sunt qui haruspicum monitu quin- 3
gentos passus a castris progressum, uti loco puro ea, quae ante
dicta prodigia sunt, procuraret, ab insidentibus forte locum
duabus turmis Numidarum circumventum scribant. adeo nec
locus nec ratio mortis in viro tam claro et insigni constat.
funeris quoque Gracchi varia est fama. alii in castris Roma- 4
nis sepultum ab suis, alii ab Hannibale — et ea vulgatior
fama est — tradunt in vestibulo Punicorum castrorum rogum
extructum esse, armatum exercitum decucurrisse cum tripudiis 5

23. *hospitem inter hostis*] bei L. beliebte Paronomasie, wie **23**, 33, 7 *hostes pro hospitibus comiter accepit*; vgl. **22**, 30, 4 *oneratus magis quam honoratus* u. a. m.

pernicie] s. zu 14, 1.

25. *fama*] s. zu 17, 4.

17, 1. *cum lictoribus*] denn diese begleiten den Consul oder Proconsul auf allen Wegen; vgl. 16, 25 *cum captis fascibus*.

2. *innata ripis*] am U. gewachsen; in dieser eigentlichen Bed. nicht vor Liv. im Gebrauch und auch bei ihm eine Singularität.

3. *loco puro*] an einem 'unbetretenen' Pl., denn *locus purus* wird ein solcher genannt, *qui neque sacer neque sanctus est neque religiosus, sed ab omnibus huiusmodi nominibus vacare videtur* (nach Ulpian).

prodigia] in den Relativsatz gestellt, was bei voraufgehendem Demonstrativum selten ist; vgl. 19, 11.

circumventum] 'umzingelt' und 'niedergehauen'; diese Nebenbedeutung hat das Verbum *circumvenire* oft, wenn sich aus dem Zusammenhang ergiebt, dass keine Rettung stattfindet.

4. *fama*] 'Ueberlieferung' durch die Geschichtschreiber (16, 25); ursprünglich ist es, als mit *fari* zusammenhängend, die mündliche Tradition, das 'Gerede', wie 34, 6; in beiden Bedeutungen häufig bei Livius.

in vestibulo] vom Hause auf das Lager übertragen, = 'Platz vor dem Lager'. *vestibulum* ist von *atrium* verschieden und bezeichnet den freien Platz vor den Häusern der Vornehmen zwischen Hausthür und Strasse. So hat Liv. auch mehrmals die Vorstadt, welche bis an das Stadtthor hinanreicht, *vestibulum urbis* genannt.

5. *decucurrisse*] *decurrere* = 'defilieren', als Uebungsmanöver oder, wie hier, zu einer Feier; vgl. **40**, 6, 5 *mos erat lustrationis* (nämlich *exercitus* bei den Macedoniern) *sacro peracto decurrere exercitum et divisas bifariam duas acies concurrere ad simulacrum pugnae*.

tripudiis] *tripudium* ist der religiöse Tanz der Salier und ein Nationaltanz der Spanier, wahrscheinlich ein Waffentanz im Dreitritt (*tripudiare*).

Hispanorum motibusque armorum et corporum suae cuique genti adsuetis, ipso Hannibale omni rerum verborumque honore exequias celebrante. haec tradunt, qui in Lucanis rei
6 gestae auctores sunt. si illis, qui ad Calorem fluvium interfectum memorant, credere velis, capitis tantum Gracchi hostes
7 potiti sunt: eo delato ad Hannibalem, missus ab eo confestim Carthalo, qui in castra Romana ad Cn. Cornelium quaestorem deferret. is funus imperatoris in castris celebrantibus cum exercitu Beneventanis fecit.

18 Consules agrum Campanum ingressi cum passim popularentur, eruptione oppidanorum et Magonis cum equitatu territi et trepidi ad signa milites palatos passim revocarunt et vixdum instructa acie fusi supra mille et quingentos milites ami-
2 serunt. inde ingens ferocia superbae suopte ingenio genti crevit, multisque proeliis lacessebant Romanos; sed intentiores ad cavendum consules una pugna fecerat incaute atque incon-
3 sulte inita. restituit tamen his animos et illis minuit audaciam parva una res: sed in bello nihil tam leve est, quod non magnae
4 interdum rei momentum faciat. T. Quinctio Crispino Badius Campanus hospes erat perfamiliari hospitio iunctus. creverat consuetudo, quod aeger Romae apud Crispinum Badius ante defectionem Campanam liberaliter comiterque curatus fuerat.
5 is tum Badius progressus ante stationes, quae pro porta sta-

suae cuique genti] der überflüssige Zusatz des *suae*, der grammatisch nicht erklärt werden kann, ist aus der im Lat. so häufigen Verbindung des Reflexivpronomens mit *quisque* herzuleiten; vgl. **24**, 3, 5 *separatim greges sui cuiusque generis remeabant.* Das Pronomen *quisque* vertritt in Verbindungen, wie die vorliegende, unser 'bezüglich, respectiv'.

adsuetis] s. zu 9, 9.

omni r. v. honore] mit jeder Art Ehrenbezeugung, die sich in Anordnung und Reden kund gab.

6. *capitis*] s. zu 14, 5. Diese Erzählung steht mit 16, 24 im Widerspruch; Liv. folgt hier augenscheinlich einer anderen Version.

7. *quaestorem*] welcher nunmehr das Commando hatte; s. 19, 4.

18—22. Belagerung von Capua.

18. Zweikampf zwischen Crispinus und Badius.

18, 1. *territi et trepidi*] s. zu 4, 10.

2. *ingens ferocia crevit*] *ingens* ist proleptisch zu nehmen: die *fer.* erwuchs als eine gewaltige oder zu einer gewaltigen; wir sagen adverbial 'steigerte sich gewaltig'.

suopte ingenio] eben so **29**, 6, 2 u. öfter. Das angehängte enklitische *pte* (bei Pron. poss. fast nur im Abl. Sing.) ist aus dem verstärkenden *pote* (*potis*) entstanden, welches sich in *utpote* vollständig erhalten hat.

incaute atque inconsulte] s. zu 4, 10.

3. *momentum faciat*] einen Umschwung (*movimentum*) bewirke, d. h. 'den Ausschlag gebe' (wie bei der Wage das sich nach der einen oder andern Seite bewegende Zünglein); so **27**, 9, 1 *ex parvis saepe magnarum momenta rerum pendent.* Vgl. 29, 7 *plus momenti facere* = *plus valere.*

4. *perfamiliari h. i.*] die hierin liegende Steigerung des vorhergehenden *hospes* bringen wir durch 'und zwar' zum Ausdruck.

5. *is tum Badius*] der Name ist der Deutlichkeit wegen wiederholt,

bant, vocari Crispinum iussit. quod ubi est Crispino nuntia-
tum, ratus conloquium amicum ac familiare quaeri manente
memoria etiam in discidio publicorum foederum privati iuris,
paulum a ceteris processit. postquam in conspectum venere, 6
'provoco te' inquit 'ad pugnam, Crispine', Badius; 'conscen-
damus equos summotisque aliis, uter bello melior sit, decer-
namus'. ad ea Crispinus nec sibi nec illi ait hostes deesse, 7
in quibus virtutem ostendant: se, etiamsi in acie occurrerit,
declinaturum, ne hospitali caede dextram violet; conversusque
abibat. enimvero ferocius tum Campanus increpare mollitiam 8
ignaviamque et se digna probra *in* insontem iacere, hospitalem
hostem appellans simulantemque parcere, cui sciat parem se
non esse. si parum publicis foederibus ruptis dirempta simul 9
et privata iura esse putet, Badium Campanum T. Quinctio
Crispino Romano palam duobus exercitibus audientibus renun-
tiare hospitium. nihil sibi cum eo consociatum, nihil foedera- 10
tum hosti cum hoste, cuius patriam ac penates publicos pri-
vatosque oppugnatum venisset. si vir esset, congrederetur. diu 11
cunctantem Crispinum perpulere turmales, ne inpune insultare
Campanum pateretur: itaque tantum moratus, dum imperatores 12

weil nach der Darlegung des allgemeinen Verhältnisses, in dem B. zu Cr. stand, nun zur eigentlichen Erzählung geschritten wird, in welcher ein orientierendes *is Badius* erwünscht ist.

privati iuris] der Hervorhebung wegen mit *publicorum foederum* zusammengestellt und daher von *memoria* getrennt. Das *privatum ius* oder (wie § 9) die *privata iura* sind *familiaria iura* (24, 5, 9) = *privatae familiaritatis iura*.

6. *inquit . . Badius*] auffallende Wortstellung, die sich aus dem bei Liv. oft hervortretenden Streben erklärt, die gleichen Redetheile einander nahe zu stellen (vgl. § 5). Eben so heisst es **2**, 55, 5: '*provoco' inquit 'ad populum' Volero.* **44**, 28, 15 *viginti eximiae equos formae* u. a. m.

aliis] s. zu 14, 13.

declinaturum] abs. 'ausweichen, abbiegen', wie 38, 20, 8 *Manlium iubet non pugnare cum iniquitate locorum, sed obliquo monte ad se declinare.*

hospitali caede] = *hospitis caede*, wie im Latein nicht selten das Adj. den Subjects- oder Objectsgenetiv vertritt; vgl. 10, 10 *hostilis domus.* 19, 4 *Sempronianus exercitus.* 19, 12 *militares et imperatoriae artes* = *militis et imperatoris virtutes.* 29, 3 *satellites regii.* 33, 2 *omnis barbaricae perfidiae* = *omnis barbarorum perfidiae.*

8. *enimvero*] 'ja wahrhaftig', eine Betheuerung, die, wie hier, häufig zum Ausdruck des Unwillens dient; so 41, 1 *enimvero indignum ratus.* **22**, 25, 3 *id enimvero ferendum esse negat.*

increpare mollitiam] = *increpans eum vocat mollem* 'schilt ihn einen..'

hospitalem hostem] ein ὀξύμωρον ('Gastfeind'); s. zu 16, 23.

parcere] s. zu 16, 7.

9. *renuntiare*] der eigentliche Ausdruck für die Aufkündigung eines Freundschaftsverhältnisses. Dasselbe wird gelöst, wenn der eine Theil seinen Rücktritt förmlich erklärt.

10. *patriam . . oppugnatum*] die Verbindung des Supinum auf *um* mit einem Object ist bei L. nicht gerade selten, häufiger aber setzt er dafür (wie Cic.) *ad* mit Gerundivum.

12. *dum . . consuleret*] aus seinem

consuleret, permitterentne sibi extra ordinem in provocantem
hostem pugnare, permissu eorum arma cepit equumque con-
scendit et Badium nomine compellans ad pugnam evocavit.
13 nulla mora a Campano facta est; infestis equis concurrerunt.
Crispinus supra scutum sinistrum umerum Badio hasta trans-
fixit superque delapsum cum vulnere ex equo desiluit, ut pe-
14 des iacentem conficeret. Badius priusquam opprimeretur, parma
15 atque equo relicto ad suos aufugit; Crispinus equum armaque
capta et cruentam cuspidem insignis spoliis ostentans cum
magna laude et gratulatione militum ad consules est deductus
laudatusque ibi magnifice et donis donatus.

19 Hannibal ex agro Beneventano castra ad Capuam cum
movisset, tertio post die quam venit copias in aciem eduxit
2 haudquaquam dubius, quod Campanis absente se paucos ante
dies secunda fuisset pugna, quin multo minus se suumque to-
3 tiens victorem exercitum sustinere Romani possent. ceterum
postquam pugnari coeptum est, equitum maxime incursu, cum
iaculis obrueretur, laborabat Romana acies, donec signum equi-
4 tibus datum est, ut in hostem admitterent equos. ita equestre
proelium erat, cum procul visus Sempronianus exercitus, cui
Cn. Cornelius quaestor praeerat, utrique parti parem metum
5 praebuit, ne hostes novi adventarent. velut ex composito utrim-
que signum receptui datum, reductique in castra prope aequo
Marte discesserunt; plures tamen ab Romanis primo incursu
6 equitum ceciderunt. inde consules ut averterent *a* Capua Han-
nibalem, nocte, quae secuta est, diversi Fulvius in agrum Cu-

Sinne; der Ind. würde die einfache Thatsache angegeben haben, wie 27, 42, 13 *tantum moratus, dum milites ad praedam discurrunt* (Praes. hist.).

13. *infestis equis*] vgl. 8, 7, 9 *cum infestis cuspidibus concurrissent.*

scutum] ist der grosse Schild der Infanterie, der hier, wie 16, 21, ungenau statt *parma* (§ 14) den Reitern beigelegt wird.

superque delapsum] *super* mit einem Verbum der Bewegung = 'auf ihn'; vgl. 8, 9, 5 *super telum subiectum pedibus stabat.*

ex equo desiluit] wie auch *ex equo descendere* stehende Formel ist.

15. *arma*] Schild und Speer des Badius, wenn auch vorher nur *parma atque equo relicto* gesagt ist. Die *cruenta cuspis* ist die des Crispinus.

ostentans] 'mit Stolz und Selbstgefühl'.

laudatus . . donatus] häufig verbundene Verba, wenn jemandem für eine treffliche Leistung oder Aufführung von Seiten des Vorgesetzten Anerkennung und Belohnung zu Theil wird; so **39**, 31, 17 *pro contione laudati donatique equites phaleris* und sonst oft. Vgl. zu 8, 6.

19. Niederlage des Centenius.

19, 1. *ex agro Beneventano*] Hannibal hatte, um Hülfe gebeten, 2000 Reiter nach Capua geschickt (15, 3) und war dann selbst nachgerückt.

tertio post die quam venit] gewöhnlicher ist in solcher Verbindung auch bei L. das Plusquamperf., wie 31, 14. 36, 14.

5. *reductique discesserunt*] = *reducti sunt et discesserunt;* Subject *utrique* (aus *utrimque*) zu ergänzen.

ab Romanis] s. zu 15, 13.

manum, Claudius in Lucanos abiit. postero die cum vacua 7
castra Romanorum esse nuntiatum Hannibali esset et duobus
agminibus diversos abisse, incertus primo, utrum sequeretur,
Appium institit sequi. ille circumducto hoste, qua voluit, alio 8
itinere ad Capuam rediit.

Hannibali alia in his locis bene gerendae rei fortuna ob-
lata est. M. Centenius fuit cognomine Paenula, insignis inter 9
primi pili centuriones et magnitudine corporis et animo. is 10
perfunctus militia per P. Cornelium Sullam praetorem in sena-
tum introductus petit a patribus, uti sibi quinque milia mili-
tum darentur: se peritum et hostis et regionum brevi operae 11
pretium facturum et quibus artibus ad id locorum nostri et
duces et exercitus capti forent, iis adversus inventorem usurum.
id non promissum magis stolide quam stolide creditum, tam- 12
quam eaedem militares et imperatoriae artes essent. data pro 13
quinque octo milia militum, pars dimidia cives, pars socii. et
ipse aliquantum voluntariorum *in* itinere ex agris concivit ac
prope duplicato exercitu in Lucanos pervenit, ubi Hannibal
nequiquam secutus Claudium substiterat. haud dubia res erat, 14
quippe inter Hannibalem ducem et centurionem exercitusque
alterum vincendo veteranum, alterum novum totum, magna ex
parte etiam tumultuarium ac semermem. ut conspecta inter 15
se agmina sunt et neutra pars detrectavit pugnam, extemplo
instructae acies. pugnatum tamen, ut in nulla pari re, duas
haud amplius horas constante, donec dux stetit, Romana acie.
postquam is non pro vetere fama solum, sed etiam metu fu- 16

6. *abiit*] hat sich an Claudius angeschlossen, obwohl sogar *diversi* hinzugesetzt war.

7. *institit*] 'legte sich mit Eifer auf . .', von *insisto* nach 8, 35, 2 *orare dictatorem insistunt.*

9. *inter primi pili centuriones*] d. h. er war *primi pili centurio,* erster Centurio seiner Legion gewesen und hatte sich unter seinen Ranggenossen (in andern Legionen) ausgezeichnet; vgl. 7, 41, 5 *primus centurio erat, quem nunc primi pili appellant.*

10. *perfunctus militia*] s. zu 6, 16.

11. *operae pretium facturum*] *op. pr.* = etwas, das der Mühe lohnt, d. h. etwas Bedeutendes oder Verdienstliches; eben so 30, 3. Vgl. *operae pretium est* (3, 26, 7) und das häufige *operae est* (21, 9, 3 u. a.).

ad id locorum] temporal, wie auch 22, 1. 32, 2 und sonst.

nostri] aus der directen Rede der Deutlichkeit wegen beibehalten.

12. *militares et imperatoriae artes*] s. zu 18, 6.

14. *quippe inter*] kurz statt *quippe cum res esset* (= *gereretur*) *inter . .*

vincendo vet.] ein modales Gerundium, welches die Art und Weise angiebt, 'unter' welcher das Ergrauen stattgefunden hat. Dieser Gebrauch ist bei Liv. häufig, z. B. 3, 65, 4 *insectandis patribus tribunatum gessit.* 5, 43, 7 *cum* (*Camillus*) *diis hominibusque accusandis senesceret*; vgl. 36, 1. 37, 7. 38, 23.

tumultuarium] unordentlich 'zusammengerafft'.

15. *ut in nulla pari re*] wie es bei völlig ungleichen Verhältnissen nur natürlich war, wurde nicht lange, nämlich *duas haud amplius horas,* gekämpft.

turi dedecoris, si sua temeritate contractae cladi superesset, obiectans se hostium telis cecidit, fusa extemplo est Romana
17 acies. sed adeo ne fugae quidem iter patuit omnibus viis ab equite insessis, ut ex tanta multitudine vix mille evaserint, ceteri passim alii alia peste absumpti sint.

20 Capua a consulibus iterum summa vi obsideri coepta est, quaeque in eam rem opus erant, comportabantur parabantur-
2 que. Casilinum frumentum convectum; ad Volturni ostium, ubi nunc urbs est, castellum communitum *in eoque et Puteolis — id oppidum* ante Fabius Maximus munierat — praesidium impositum, ut mare proximum et flumen in potestate *essent.*
3 in ea duo maritima castella frumentum, quod ex Sardinia nuper missum erat, quodque M. Iunius praetor ex Etruria coemerat, ab Ostia convectum est, ut exercitui per hiemem copia esset.
4 ceterum super eam cladem, quae in Lucanis accepta erat, volonum quoque exercitus, qui vivo Graccho summa fide stipendia fecerat, velut exauctoratus morte ducis ab signis discessit.
5 Hannibal non Capuam neglectam neque in tanto discrimine desertos volebat socios; sed prospero ex temeritate unius Romani ducis successu in alterius ducis exercitusque oppri-
6 mendi occasionem imminebat. Cn. Fulvium praetorem Apuli legati nuntiabant primo, dum urbes quasdam Apulorum, quae ad Hannibalem descivissent, oppugnaret, intentius rem egisse; postea nimio successu et ipsum et milites praeda impletos in tantam licentiam socordiamque effusos, ut nulla disciplina mi-

17. *alii alia peste*] niedergeritten, verhungert u. a. m.

20, 1—4. Vorsichtsmassregeln der Römer. **20**, 5—**21**. Niederlage des Praetors Cn. Fulvius Flaccus.

20, 2. *urbs*] mit Namen Volturnum.

in eo praesidium impositum] auch *imponere* mit Dativ ist dem Sprachgebrauch des Liv. entsprechend; doch **29**, 18, 4 *pecunia in naves imposita.* Anders ist *in praesidio imponi* = 'auf Posten gestellt werden'.

in potestate essent] wozu sich der Gen. *Romanorum* aus dem Zusammenhang ergiebt; so oft, z. B. **35**, 42, 4 *Demetriadem adferebat in potestate esse,* nämlich *sua.*

4. *super eam cladem*] = *praeter e. cl.,* wie bei Liv. *super* überhaupt nicht selten an die Stelle von *praeter* tritt, z. B. **22**, 3, 14 *superquam quod* = *praeterquam q.* **22**, 6, 11 *super cetera* = *praeter cetera.*

volonum] vom Staat bewaffnete Sklaven, welche sich nach der Schlacht bei Cannae auf Verheissung der Freiheit zum Kriegsdienst gestellt hatten. Gracchus hatte mit ihnen 214 v. Chr. die Schlacht bei Benevent gewonnen und dieselben für frei erklärt.

exauctoratus] des Fahneneides entbunden, 'verabschiedet'; vgl. **41**, 5, 11 *exauctorati, qui sacramento dixerant.* Da die *volones* sich eigenmächtig ihrer Verpflichtungen entledigen, so machen sie sich der Desertion schuldig; s. 22, 3.

5. *in occasionem imminebat*] 'lauerte auf..', in dieser Bed. auch mit dem Dat. construiert, z. B. **8**, 22, 10 *fama erat defectioni Campanorum imminentes admoturos castra.*

6. *praeda impletos*] vgl. **7**, 16, 3 *militem praeda inplevit.*

in licentiam effusos] hätten sich einer zügellosen Ausschweifung hin-

litiae esset. cum saepe alias, tum paucis diebus ante expertus, 7
qualis sub inscio duce exercitus esset, in Apuliam castra movit.
circa Herdoneam Romanae legiones et praetor Fulvius erat. 21
quo ubi allatum est hostis adventare, prope est factum, ut
iniussu praetoris signis convulsis in aciem exirent. nec res
magis ulla tenuit quam spes haud dubia suo id arbitrio, ubi
vellent, facturos. nocte insequenti Hannibal, cum tumultuatum 2
in castris et plerosque ferociter, signum ut daret, institisse duci
ad arma vocantis sciret, haud dubius prosperae pugnae occa-
sionem dari tria milia expeditorum militum in villis circa 3
vepribusque et silvis disponit, qui signo dato simul omnes e
latebris existerent, et Magonem ac duo ferme milia equitum, 4
qua fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere iubet.
his nocte praeparatis prima luce in aciem copias educit. nec 5
Fulvius est cunctatus, non tam sua ulla spe quam militum
impetu fortuito tractus. itaque eadem temeritate, qua proces-
sum in aciem est, instruitur ipsa acies ad libidinem militum
forte procurrentium consistentiumque, quo loco ipsorum tulisset
animus, deinde per libidinem aut metum deserentium locum.
prima legio et sinistra ala in primo instructae, et in longitu- 6

gegeben; so wird *effundi in* bei L. mehrfach angewandt.

21, 1. *legiones et praetor*] wir sagen 'unter dem Commando des Pr.', was Liv. gern durch *cum* ausdrückt, z. B. **24**, 36, 3 *naves longae cum Bomilcare classis praefecto in portum decurrere.* **24**, 40, 8 *duo milia militum mittit cum praefecto socium Q. Naevio Crista.*

magis ulla] *magis* wird durch diese Stellung betont; eben so **21**, 59, 7 *pugna raro magis ulla aequa.* Vgl. 25, 7.

ubi vellent] *ubi* hier nicht in localer Bedeutung.

2. *tumultuatum*] dass 'es lärmend zugegangen sei'. Das Wort ist im class. Lat. als Deponens gebräuchlich; das unpersönliche Passivum (bei L. nicht selten) findet sich aber schon bei Caes. BG **7**, 61, 3 *nuntiatur in castris tumultuari.*

occasionem dari] wegen der Constr. s. zu 15, 20.

3. *in villis circa v.*] s. zu 9, 2.

4. *qua*] 'wo'; man erwartete *quo* 'wohin'; dieser Bed. nähert sich aber hier *qua* = *qua via* = 'in welcher Richtung'; eben so **4**, 37, 9 *clamor indicium fuit, qua res inclinatura esset,* dagegen **1**, 27, 11 *quo postquam fuga inclinavit.*

5. *impetu fortuito*] der *impetus* ist ein plötzlicher, unüberlegter (Gegens. *consilium*); vgl. **22**, 50, 12 *haec magis impetu animorum quam ex consilio ipsorum agebantur.*

q. l. ipsorum tulisset animus] wo 'auch immer' oder 'jedesmal' (= jedem einzelnen; Conj. der Wiederholung) es ihnen der Geist eingegeben hatte; vgl. **30**, 12, 14 *precor, ut ipse, quodcumque fert animus, de captiva statuas,* eigentlich 'der Geist, ein innerer Trieb drängt mich'. Aehnlich heisst es **38**, 27, 2 *pars maior, qua quemque impetus tulit, fugerunt.*

per libidinem aut metum] *per* drückt hier den Beweggrund aus: 'nach Laune oder aus Furcht'; eben so 22, 3.

6. *prima legio*] es ist vielmehr (nach **27**, 1, 8) die fünfte Legion gewesen; denn die Legionen Nr. 1 —4 commandieren die Consuln, da die Zählung der Legionen stets von den consularischen Heeren anhub. Es lässt sich vermuthen, dass die 3, 3 gegebene Aufzählung der Befehlshaber mit der Reihenfolge der

7 dinem porrecta acies. clamantibus tribunis nihil introrsus ro-
boris ac virium esse, et quacumque impetum fecissent, hostis
perrupturos, nihil, quod salutare esset, non modo ad animum
8 sed ne ad aures quidem admittebat. et Hannibal haudqua-
quam similis dux neque simili exercitu neque ita instructo
aderat. ergo ne clamorem quidem atque impetum primum
9 eorum Romani sustinuere. dux stultitia et temeritate Cen-
tenio par, animo haudquaquam comparandus, ubi rem inclina-
tam ac trepidantis suos videt, equo arrepto cum ducentis ferme
10 equitibus effugit; cetera a fronte pulsa, in*de a* tergo atque alis
circumventa acies eo usque est caesa, ut ex duodeviginti mili-
bus hominum duo milia haud amplius evaserint. castris hostes
potiti sunt.

22 Hae clades super aliam alia Romam cum essent nuntiatae,
ingens quidem et luctus et pavor civitatem cepit; sed tamen
quia consules, ubi summa rerum esset, ad id locorum prospere
2 rem gererent, minus his cladibus commovebantur. legatos ad
consules mittunt C. Laetorium M. Metilium, qui nuntiarent, ut

Legionsnummern zusammenhängt, wonach Fulvius die fünfte und sechste Legion gehabt hätte.

sinistra ala] näml. *sociorum,* deren Infanterie in eine *dextra* und *sinistra ala* (jede in der Stärke der Legion) eingetheilt war.

6. *in primo*] sehr häufig ist bei Liv. die Substantivierung der Adj. im Neutr. Sing., besonders im Acc. und Abl. nach Präpositionen, wo wir im Deutschen wirkliche Substantiva oder Subst. mit Adj. nehmen; z. B. **21**, 26, 5 *visere hostes ex tuto* den Feind in einer 'sichern Stellung' (eig. 'von e. s. St. aus') beobachten. **23**, 27, 7 *in artum conpulsi* in 'die Enge' getrieben. **23**, 46, 10 *castra in aperto munire* auf 'freiem Felde'. **27**, 46, 2 *in angusto tendere* auf 'beschränktem Raume' lagern u. a. Demnach ist *in primo instr.* (vgl. **36**, 18, 2 *partem in primo locavit*) = 'im Vordertreffen'; eben so **2**, 20, 10 *provolant in primum* (während es eben da § 7 *manipulos in primam aciem secum rapit* heisst). **27**, 48, 7 *Ligures in medio positi,* wogegen 39, 1 vollständig *in medio spatio* gesagt ist. Vgl. zu 16, 2.

7. *roboris ac virium*] eine häufige Zusammenstellung, um den vollen Begriff der physischen Kraft auszudrücken; *robur* ist Stärke, Festigkeit (zum Widerstehen), *vis* Kraft (zum Ausführen), z. B. **21**, 40, 8 *pauci sunt, sed vigentes animis corporibusque, quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit.* Auch verbunden *robur virium,* z. B. **27**, 46, 3 *si quorum corporis species roburque virium aptum militiae videbatur.* Da nun *vires* auch die Streitkräfte bezeichnet, ist *robur virium* zuweilen = Kerntruppen (**22**, 40, 5); vgl. 33, 6.

non modo — sed ne . . q.] s. zu 15, 2.

admittebat] (die *acies*) gab nicht Zutritt, d. h. nahm sich (nicht) zu Herzen, (ja hörte gar nicht darauf).

8. *ergo*] 'folglich' mussten die Römer unterliegen, ja sie hielten . . .

9. *inclinatam*] zum Weichen gebracht; oben § 4 war das Verbum reflexiv gebraucht.

22, 1. *super aliam alia*] zur Bezeichnung der örtlichen Folge: 'einer über (auf) den andern', wie auch der zeitlichen Folge: 'einer nach dem andern' hat Liv. sonst gewöhnlich die Wortstellung *alius super alium.*

ad id locorum] s. zu 19, 11.

2. *mittunt*] näml. *patres,* was sich aus der Sache selbst ergiebt.

reliquias duorum exercituum cum cura colligerent darentque
operam, ne per metum ac desperationem hosti se dederent, id 3
quod post Cannensem accidisset cladem, et ut desertores de
exercitu volonum conquirerent. idem negotii P. Cornelio da- 4
tum, cui et dilectus mandatus erat, isque per fora conciliabula-
que edixit, ut conquisitio volonum fieret, iique ad signa redu-
cerentur. haec omnia intentissima cura acta.

Ap. Claudius consul D. Iunio ad ostium Vulturni, M. Aurelio 5
Cotta Puteolis praeposito, qui, ut quaeque naves ex Etruria ac
Sardinia accessissent, extemplo in castra mitterent frumentum,
ipse ad Capuam regressus Q. Fulvium collegam invenit Casi- 6
lino omnia deportantem molientemque ad oppugnandam Ca-
puam. tum ambo circumsederunt urbem et Claudium Nero- 7
nem praetorem ab Suessula ex Claudianis castris exciverunt.
is quoque modico ibi praesidio ad tenendum locum relicto 8
ceteris omnibus copiis ad Capuam descendit. ita tria prae-
toria circa Capuam erecta; tres exercitus diversis partibus opus
adgressi fossa valloque circumdare urbem parant et castella
excitant modicis intervallis multisque simul locis cum prohi- 9
bentibus opera Campanis eo eventu pugnant, ut postremo por-
tis muroque se contineret Campanus. prius tamen quam haec 10
continuarentur opera, legati ad Hannibalem missi, qui quere-

3. *per metum*] s. zu 21, 5.
4. *fora conc.*] s. zu 5, 6.
5. *praeposito*] 'als Befehlshaber eingesetzt'; z. zu 16, 7.
ut quaeque naves] so oft jedesmal Schiffe . .; ähnlich 39, 6.
6. *Casilino*] nach dem Sprachgebr. des Liv. wäre *a Casilino* gewöhnlicher gewesen, da er zu den Städtenamen die Präp. *a* oder *ab* auch da fast immer hinzusetzt, wo nicht nur von der Umgegend einer Stadt die Rede ist; indessen fehlt es nicht an Beispielen für den blossen Abl.
molientem] s. zu 11, 17.
7. *exciverunt*] in der Bedeutung 'abrufen' wird dies Verbum mit *a* construiert, z. B. **3**, 2, 7 *periculum consulem ab urbe excivit,* in der Bed. 'herausrufen' (aufscheuchen, entfernen) mit *ex* oder dem blossen Abl., z. B. **33**, 5, 2 *castris exciti repente pedites*; an uns. St. finden sich beide Constructionen vereinigt. Absolut 32, 3 vom 'Aufgebot' der Soldaten.
8. *tria praetoria erecta*] = *trina castra posita.*
excitant] 'errichten', eig. aus dem Boden heraus in die Höhe treiben; so bei Liv. *excitare aggerem, moenia, turrem,* z. B. **23**, 37, 2 *turrem ex ipso muro excitavit.*
9. *prohibentibus*] = *qui prohibebant*: Impf. de conatu; vgl. 11, 3.
portis se contineret] *se continere* wird häufiger mit dem blossen Abl. als mit *in* construiert, = 'sich hinter Thor u. Mauer halten'; vgl. **24**, 17, 8 *Poenus castris se tenuit.*
10. *continuarentur*] *continuare* ist = 'zusammenhängend, fortlaufend machen', also das Pass. = 'Zusammenhang bekommen'. Hierzu ist *inter se* zu denken, wie überhaupt die passiven Verbalformen zuweilen reciprok zu fassen sind; so in dieser auch **23**, 17, 5 angewandten Verbindung *continuantur opera* = sie schliessen sich an einander an, 'bilden ein fortlaufendes Ganzes'. **27**, 17, 5 *priusquam iungerentur exercitus* sich 'mit einander' vereinigten u. a. m. Zu ergänzen ist an uns. St. der Dat. *operibus* nach **1**, 44, 4 *aedificia moeni-*

rentur desertam ab eo Capuam ac prope redditam Romanis obtestarenturque, ut tunc saltem opem non circumsessis modo
11 sed etiam circumvallatis ferret. consulibus litterae a P. Cornelio praetore missae, ut priusquam clauderent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent, ut qui eorum vellent,
12 exirent a Capua suasque res secum ferrent. liberos fore suaque omnia habituros, qui ante Idus Martias exissent; post eam diem quique exissent quique ibi mansissent, hostium futuros
13 numero. ea pronuntiata Campanis atque ita spreta, ut ultro
14 contumelias dicerent minarenturque. Hannibal ab Herdonea Tarentum duxerat legiones spe aut vi aut dolo arcis Tarentinae potiundae; quod ubi parum processit, ad Brundisium
15 flexit iter prodi id oppidum ratus. ibi quoque cum frustra tereret tempus, legati Campani ad eum venerunt querentes simul orantesque. quibus Hannibal magnifice respondit et antea se solvisse obsidionem et nunc adventum suum consules
16 non laturos. cum hac spe dimissi legati vix regredi Capuam iam duplici fossa valloque cinctam potuerunt.

23 Cum maxume Capua circumvallaretur, Syracusarum oppugnatio ad finem venit praeterquam vi ac virtute ducis exer-

bus continuantur = werden mit den Mauern in Verbindung gesetzt, an sie angeschlossen (angebaut).

prope redditam] wie etwas, aus dem er sich nichts mehr mache, habe er Capua den Römern, gleichsam ein früher entrissenes Besitzthum dem Beraubten zurückgegeben.

11. *a praetore missae*] nämlich *ex senatus consulto;* s. zu 41, 8.

potestatem facerent ut] Construction wie nach *permittere;* vgl. 25, 10.

exirent a Capua] wie Liv. abweichend von Cic. die Städtenamen vorwiegend mit den Präp. *a* und *ab* verbindet (s. zu § 6), so hat er diesen Gebrauch selbst dann festgehalten, wenn ein mit *ex* zusammengesetztes Verbum hinzutritt; vgl. **21**, 13, 7 *ab Sagunto exire.* **23**, 18, 14 *a Capua exire*; anders ist **24**, 40, 11 *ab urbe egressus* = aus 'dem Bereich' der Stadt, denn sonst sagt Liv. stets *urbe egredi.*

12. *quique . . quique*] durch zwiefaches *que* verbindet Liv. Relativa (z. B. **22**, 26, 5 *quique Romae quique in exercitu erant*), Sallust auch andere Wörter; doch ist das erste stets ein Pronomen (z. B. Iug. 10, 2 *meque regnumque meum*). Der Gebrauch ist den Dichtern entlehnt und findet sich bei Cic. und Caes. nicht.

13. *hostium numero*] vgl. **22**, 59, 14 *hospitum numero captivos habuit,* deutsch 'als, wie'; so wird *numero* mit persönlichem Gen. verbunden, *loco* auch mit einem sachlichen.

14. *legiones*] Liv. gebraucht sehr häufig Ausdrücke des Heerwesens u. a. von den Karthagern, die nur für römische Verhältnisse passen; so 23, 14 *tribus* 'Bezirk'. 25, 4 u. a.

prodi] das Praesens statt des Fut., welches man erwartete, drückt die sichere Zuversicht aus; eben so 29, 8.

15. *magnifice*] 'prahlerisch' = *verbis magnificis* (**37**, 10, 2) mit 'hochtönenden' Worten.

23—31, 12. Belagerung und Eroberung von Syrakus.

23, 1. *cum maxime*] 'gerade als'.

praeterquam] adverbial 'ausser', so dass sich *praeterquam — etiam* wie *non modo — sed etiam* entsprechen; vgl. **26**, 13, 14 *contumelias effugere morte praeterquam honesta, etiam leni possum.* Häufiger setzt Liv. *praeterquam quod* mit einem vollen Satz.

vi ac virtute] eine häufige Zusammenstellung (mit Allitteration;

citusque, intestina etiam proditione adiuta. namque Marcellus 2
initio veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem et
Hippocraten verteret bellum, an obsidione Syracusas premeret,
quamquam nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri 3
ac maritimo situ urbem nec fame, ut quam prope liberi a Car-
thagine commeatus alerent, tamen ne quid inexpertum relin- 4
queret, transfugas Syracusanos — erant autem apud Romanos
aliqui nobilissimi viri inter defectionem ab Romanis, quia ab
novis consiliis abhorrebant, pulsi — conloquiis suae partis
temptare hominum animos iussit et fidem dare, si traditae fo-
rent Syracusae, liberos eos ac suis legibus victuros esse. non 5
erat conloquii copia, quia multorum animi suspecti omnium
curam oculosque converterant, ne quid falleret tale admissum.
servus unus exulum pro transfuga intromissus in urbem con- 6
ventis paucis initium conloquendi de tali re fecit. dein*de in*
piscatoria quidam nave retibus operti circumvectique ita ad
castra Romana conlocutique cum transfugis, et iidem saepius
eodem modo et alii atque alii; postremo ad octoginta facti.
et cum iam composita omnia ad proditionem essent, indicio 7
delato ad Epicyden per Attalum quendam, indignantem sibi

s. zu 4, 10); seltener in anderem Casus und in anderer Folge, wie 38, 10. **21**, 41, 17 *vis virtusque.*

2. *obsidione premeret*] 'weiter' eingeschlossen halten sollte: womit angedeutet wird, dass M. daran gedacht hat von seinem Vorhaben, als einem fruchtlosen, ganz abzulassen.

3. *inexpugnabilem*] hierin liegt eine Begründung zu *vi* (= *ut quae inexpugnabilis esset*), wie in dem Satz *ut quam . . alerent* zu *fame.*

ut quam] s. zu 13, 14.

a Carthagine] wegen der Stellung s. zu 9, 2.

4. *ab Romanis*] mit *defectionem* zu verbinden, nicht mit *pulsi,* welches = *urbe expulsi* ist.

forent] = *essent,* oft bei Liv., z. B. 24, 8. 26, 6. 37, 12; die Form ist vom Stamm *fu* gebildet (s. zu 12, 6) und lautet ursprünglich *fu-rem,* wie *ama-rem* u. a.

5. *converterant*] näml. *in se,* wobei das Zeugma (man erwartete etwa *curam stimulaverant,* wie 13, 7, wovon der Satz *ne . . falleret* abhängig ist) und die Ungenauigkeit zu beachten ist, die in der Verbindung *animi oculos* (*in se*) *conv.* liegt. Die Auslassung des Reflexivpron. (im Dat. oder mit Präp.) ist im Lat. nicht selten, z. B. **24**, 26, 1 *Zoippus consciverat exilium,* n. *sibi.* **25**, 36, 15 *apud civis partem doloris . . publica trahebat clades,* n. *ad se:* zog zu sich hin, 'nahm für sich in Anspruch'. Häufiger werden transitive Verba dadurch intransitiv, dass ein bestimmtes Object oder *se* zu ergänzen ist; oft so *movere* (9, 8), *vertere* (40, 2); vgl. **3**, 10, 6 *ut nihil odor* (*carnis*) *mutaret* 'sich veränderte'. **5**, 25, 6 *praeda rerum moventium* 'beweglicher' Sachen, eigentlich = *se moventium* u. a. m.

falleret] s. zu 9, 2.

admissum] = *commissum*; vgl. **2**, 37, 3 *non admissum quicquam ab iis criminatum venio, sed cautum, ne admittant.*

6. *unus exulum*] so nicht selten bei Liv., doch häufiger, wie bei Cicero, mit *ex*; s. § 11. 6, 1. 25, 3. 30, 2.

circumvectique] näml. um Achradina herum, da Marcellus sein Lager im Norden bei dem Hexapylon hatte. Zu den drei Participien ist *sunt* zu denken.

7. *Epicyden*] nebst Hippokrates (der nach § 2 jetzt mit Himilko

8 rem creditam non esse, necati omnes cum cruciatu sunt. alia subinde spes, postquam haec vana evaserat, excepit. Damippus quidam Lacedaemonius, missus ab Syracusis ad Philippum
9 regem, captus ab Romanis navibus erat. huius utique redimendi et Epicydae cura erat ingens, nec abnuit Marcellus iam tum Aetolorum, quibus socii Lacedaemonii erant, amicitiam
10 adfectantibus Romanis. ad conloquium de redemptione eius missis medius maxime atque utrisque opportunus locus ad portum Trogilorum propter turrim, quam vocant Galeagram,
11 est visus. quo cum saepius commearent, unus ex Romanis ex propinquo murum contemplans, numerando lapides aestimando-
12 que ipse secum, quid in fronte paterent singuli, altitudinem muri, quantum proxime coniectura poterat, permensus humilioremque aliquanto pristina opinione sua et ceterorum omnium ratus esse et vel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum
13 rem defert. haud spernenda visa. sed cum adiri locus, quia ob id ipsum intentius custodiebatur, non posset, occasio quae-
14 rebatur; quam obtulit transfuga nuntians diem festum Dianae per triduum agi, et quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari et ab Epicyde praebito universae plebei et per

beim karthagischen Heere ist) Haupt der punischen Partei in Syrakus, welche die Macht in Händen hat.

8. *excepit*] absolut = 'stellte sich in der Folge ein, folgte unmittelbar'; sonst gewöhnlich mit Obj., wie **5**, 42, 6 *nox diem excepit* 'nahm ihn auf = folgte auf ihn'.

ab Romanis navibus] weil das *capere* nicht von den Schiffen, sondern von den Leuten auf denselben ausgeübt wird.

9. *adfectantibus*] verstärktes *appetere;* vgl. **24**, 25, 5 *nequiquam palam petitum regnum clam adfectare conatus est.*

10. *medius maxime*] *maxime* (wie auch *utrisque*) gehört zu beiden Adj. = 'gerade' in der Mitte 'und darum' . . . am geeignetsten.

portum Trogilorum] kein eigentlicher Hafen der Stadt; Thukydides nennt die Bucht Τρώγιλος.

11. *ex propinquo*] s. zu 16, 2.

ipse] gehört zu dem in dem Gerundium *aestimando* liegenden logischen Subject, als wenn gesagt wäre *cum aestimaret ipse secum.* Dieser grammatisch unerklärbare Sprachgebrauch findet sich seit Liv. häufiger bei *ipse, quisque* und Zahlausdrücken; vgl. **24**, 4, 9 *deponendoque tutelam ipse, quae cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit.*

paterent] nämlich *in altitudinem,* wie der Zusammenhang ergiebt, also = 'wie hoch sie wären'.

12. *quantum proxime poterat*] nämlich *permetiri;* gewöhnlicher sagt Liv. *quam* mit dem Sup. = so nahe (der Wirklichkeit), d. h. so 'genau', als er sie *coniectura* ausmessen konnte.

aliquanto] s. zu 31, 5.

superabilem] nur hier bei Liv., häufiger das Verbum, wie **5**, 8, 10 *superatas munitiones, utrimque invehi hostem nuntiatur*; von Schiffen **30**, 25, 5 *quinqueremem superantem promunturium repente adgressae sunt.*

14. *diem festum Dianae*] 'das' Fest der Diana, welche in Syrakus vorzugsweise verehrt wurde, weil die Insel Ortygia (wo die erste Ansiedelung stattgefunden hatte) von einem Beinamen der Diana ihre Benennung erhalten hatte. Dort stand ein uraltes Heiligthum dieser Göttin.

largius] man erwartete eher *vino largiore* = durch reichlicheren 'Weingenuss'; doch besagt jenes *largius celebrari* dasselbe.

tribus a principibus diviso. id ubi accepit Marcellus, cum 15
paucis tribunorum militum conlocutus electisque per eos ad
rem tantam agendam audendamque idoneis centurionibus mili-
tibusque et scalis in occulto comparatis ceteris signum dari
iubet, ut mature corpora curarent quietique darent: nocte in
expeditionem eundum esse. inde ubi id temporis visum, quo 16
de die epulatis iam vini satias principiumque somni esset, signi
unius milites ferre scalas iussit; et ad mille fere armati tenui
agmine per silentium eo deducti. ubi sine strepitu ac tumultu 17
primi evaserunt in murum, secuti ordine alii, cum priorum
audacia dubiis etiam animum faceret. iam mille armatorum 24
ceperant partem *urbis*, cum ceterae admotae *sunt copiae*, pluri-
busque scalis in murum evadebant signo ab hexapylo dato,
quo per ingentem solitudinem erat perventum, quia magna 2
pars in turribus epulati aut sopiti vino erant aut semigraves
potabant. paucos tamen eorum in*proviso op*pressos in cubilibus
interfecerunt. prope hexapylon est portula; *ea* magna vi re- 3
fringi coepta et e muro ex composito tuba datum signum erat,

tribus] s. zu 22, 14.

15. *agendam audendamque*] s. zu 16, 19.

in occulto] s. zu 16, 2.

signum dari iubet, ut] vgl. **9**, 32, 4 *tesseram dari iubet, ut prandeat miles firmatisque cibo viribus arma capiat.*

16. *de die*] eben so **23**, 8, 6 *epulari coeperunt de die,* eig. '(mitten) im Verlauf des Tages', im Gegensatz zu der gewöhnlichen Hauptmahlzeit, welche um 3 oder 4 Uhr Nachmittags stattfand. So erhält jenes *de die* die Bed. von 'früh am Tage, frühzeitig'; es war eine *cena tempestiva* oder ein *convivium tempestivum* (Cic. Cat. m. 46). Anders ist 25, 4 *diem de die* 'einen Tag nach dem andern' (eben so **5**, 48, 6), wofür Cic. und Caes. *diem ex die* sagen.

satias] dichterischer Ausdruck statt *satietas,* welches letztere auch Liv. gewöhnlich anwendet.

esset] 'sein musste'; eigentlich aber ist *quo* = 'dass an ihm' (dem Zeitpunkte) . .

ad mille fere armati] gewöhnlicher sagt Liv. *ad mille f. armatos,* doch wird bei ihm, wie bei den andern Historikern, *ad* oft rein wie ein Adverbium hinzugesetzt.

eo] näml. an den § 10 u. 13 angedeuteten Punkt, wo die Mauer erstiegen werden soll.

24, 1. *mille armatorum*] 'die' *mille armati* von 23, 16. Bei Liv. wird *mille* oft als Subst. gebraucht und mit einem Gen. verbunden, selbst mit einem Prädikat im Singular, wie **24**, 41, 10 *plus mille hominum captum.* So schon bei Cicero, z. B. p. Mil. 53.

pluribusque . . evadebant] *que* = 'und nun', den Fortgang der Erzählung ausdrückend; *evadebant* ist nicht mehr von *cum* abhängig.

2. *per ingentem solitudinem*] 'ohne einem Menschen zu begegnen'.

magna pars] ist Apposition zu dem Subj. von *sopiti erant* und *potabant*; dies Subj. ist aber aus *solitudo* (Menschenleere) zu entnehmen; also: 'weil diese, nachdem sie getafelt hatten, grösstentheils . . .'

semigraves] ein ἅπ. εἰρ. im Latein, wie andere mit *semi* zusammengesetzte Wörter, z. B. *semiapertus* (**26**, 39, 22), *semicubitalis, semigermanus* (**21**, 38, 8) u. a. Auch *semiplenus* (30, 10) hat Liv. nur einmal angewandt.

paucos] 'nur' wenige.

inproviso] s. zu 9, 11.

3. *erat*] gehört auch zu *coepta*; *et iam* = 'und so' bereits.

4 et iam undique non furtim, sed vi aperte gerebatur res. quippe
ad Epipolas, frequentem custodiis locum, perventum erat, ter-
rendique magis hostes erant quam fallendi, sicut territi sunt.
5 nam simul ac tubarum est auditus cantus clamorque tenentium
muros partemque urbis, omnia teneri custodes *rati* alii per
murum fugere, alii salire de muro praecipitarique turba paven-
6 tium. magna pars tamen ignara tanti mali erat et gravatis
omnibus vino somnoque et in vastae magnitudinis urbe par-
7 tium sensu non satis pertinente in omnia. sub lucem hexa-
pylo effracto Marcellus omnibus copiis urbem ingressus exci-
tavit convertitque omnes ad arma capienda opemque, si quam
8 possent, iam captae prope urbi ferendam. Epicydes ab Insula,
quam ipsi Nason vocant, citato profectus agmine, haud dubius,
quin paucos per neglegentiam custodum transgressos murum
9 expulsurus foret, occurrentibus pavidis tumultum augere eos
dictitans et maiora ac terribiliora vero adferre, postquam con-
10 spexit omnia circa Epipolas armis conpleta, lacessito tantum
hoste paucis missilibus retro in Achradinam agmen convertit,
non tam vim multitudinemque hostium metuens, quam ne qua
intestina fraus per occasionem oreretur, clausasque inter tu-
11 multum Achradinae atque Insulae inveniret portas. Marcellus
ut moenia ingressus ex superioribus locis urbem omnium ferme
illa tempestate pulcherrimam subiectam oculis vidit, inlacri-

4. *frequentem custodiis*] weil dieser Stadttheil wenig bevölkert und nicht mit Gebäuden ausgefüllt war (25, 5). Derselbe war zwar von Natur sehr gesichert, aber der Umfang der Mauern war so gross, dass viele Posten nothwendig wurden.

sicut] 'wie auch wirklich'.

5. *per murum*] die Mauer entlang, nach Westen zu, weil die östlichen Theile der nördlichen Mauer in der Gewalt der Römer waren.

praecipitari] s. zu 16, 15.

6. *magna pars*] der Einwohner überhaupt.

vastae magnitudinis] der Umfang der gesammten Mauern betrug ungefähr $4^1/_2$ geograph. Meilen.

partium sensu n. s. pertinente in omnia] eig. da die Empfindung einzelner Theile sich nicht auf alles (alle Theile) erstreckte, d. h. 'da das, was in einzelnen Theilen vorging, sich nicht über das Ganze verbreitete, nicht überall bekannt wurde'.

7. *sub lucem*] s. zu 41, 3.

9. *dictitans*] die lange Periode § 8—10 müssen wir in zwei Theile zerlegen, indem wir *dictitans* zum Verb. fin. machen und dann mit 'nachdem aber' (*postquam*) fortfahren.

vero] Abl. compar., bei *maior* und *minor* mehrfach bei Liv., z. B. **27**, 44, 10 *maiora vero praesidia hostium, minora sua, metu interprete semper in deteriora inclinato, ducebant.*

circa Epipolas] 'in E. umher', wie *circa* oft gebraucht wird.

in Achradinam] Liv. setzt zu den Stadttheilen gewöhnlich die Präp. hinzu, doch nicht immer; s. § 15. 30, 4.

11. *omnium ferme pulcherrimam*] vgl. 29, 5 und Cic. in Verr. **4**, **117**: *urbem Syracusas maximam esse Graecarum, pulcherrimam omnium saepe audistis: est, iudices, ita, ut dicitur; nam et situ est cum munito, tum ex omni aditu vel terra vel mari praeclaro ad adspectum.*

illa tempestate] alterthümlicher Ausdruck = *illis temporibus*; eben

masse dicitur partim gaudio tantae perpetratae rei, partim
vetusta gloria urbis. Atheniensium classes demersae et duo 12
ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti occur-
rebant et tot bella cum Carthaginiensibus tanto cum discri-
mine gesta, tot tam opulenti tyranni regesque, praeter ceteros 13
Hiero cum recentissimae memoriae rex, tum ante omnia, quae
virtus ei fortunaque sua dederat, beneficiis in populum Roma-
num insignis: ea cum universa occurrerent animo, subiretque 14
cogitatio iam illa momento horae arsura omnia et ad cineres
reditura, priusquam signa Achradinam admoveret, praemittit 15
Syracusanos, qui intra praesidia Romana, ut ante dictum est,
fuerant, ut adloquio leni inpellerent hostis ad dedendam urbem.

Tenebant Achradinae portas murosque maxume transfugae, 25
quibus nulla erat per condiciones veniae spes; ei nec adire
muros nec adloqui quemquam passi. itaque Marcellus, post- 2
quam inceptum inritum fuit, ad Euryalum signa referri iussit.
tumulus est in extrema parte urbis aversus a mari viaeque
imminens ferenti in agros mediterraneaque insulae, percom-
mode situs ad commeatus excipiendos. praeerat huic arci 3
Philodemus Argivus ab Epicyde impositus; ad quem missus a

so 26, 11, 8 *templum ea tempestate inclutum.* Anders 22, 56, 4 *nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat*: 'in jener schweren (stürmischen) Zeit'.

inlacrimasse] wird sonst mit dem Dat. der Sache verbunden, die man beweint; doch findet sich das Wort absolut auch bei Cic. Cat. m. 27 (*Milo*) *aspexisse lacertos suos dicitur inlacrimansque dixisse . .*

12. *duobus ducibus*] Nikias und Demosthenes.

occurrebant] nämlich *animo*, wie § 14.

13. *tot tam*] *tam* ist ein rhetorischer Zusatz zur Hervorhebung des Adjectivbegriffs, wozu auch der Superl. ausgereicht hätte, wie im Vorhergehenden *tot bella tanto cum discrimine gesta;* vgl. 37, 13.

fortunaque sua] so steht *sua* auch in Beziehung zu einem obliquen Casus (*ei*), weil der Sinn des Satzes ist *quae a fortuna sua habebat*; so bei Liv. nicht selten, z. B. 14, 7. 35, 42, 8 *cui* (*Hannibali*) *mille in dies nova consilia vel fortuna sua vel ingenium posset facere.*

14. *momento horae*] 'im Augenblick', wie 28, 9, wofür Liv. auch das blosse *momento* gebraucht (28, 6, 4) oder *momento temporis* (25, 14, 10) oder, was bei Cic. das gewöhnliche ist, *puncto temporis* (3, 27, 7); Caesar: *vestigio temporis* (z. B. BC 2, 26, 2).

15. *intra praesidia Romana e.*] eig. in römischen Garnisonplätzen sein, dann so viel als 'zu den r. Besatzungen gehören', hier = *in castris R.*; vgl. 23, 4. 31, 3. 6. 8. Aehnlich *in praesidiis esse* (oft bei Liv.; vgl. Cic. p. Sex. Rosc. 126: *in Sullae praesidiis fuit*).

25, 1. *per condiciones*] d. h. mochten die Bedingungen der Uebergabe sein, welche sie wollten, die *transfugae* hatten keine Aussicht, dass ihnen in denselben Begnadigung zugesichert würde.

quemquam] ist Obj. zu *adloqui;* der Subjectsaccusativ ergänzt sich aus 24, 15.

2. *postquam . . inritum fuit*] nachdem 'er . . gescheitert sah'.

viae imminens] 'stösst an die Strasse, liegt an ihr' (u. 'beherrscht' sie); vgl. 24, 7, 3 *liberas aedis coniurati imminentes viae angustae sumpserunt.*

mediterranea] s. zu 13, 14.

Marcello Sosis, unus ex interfectoribus tyranni, cum longo
sermone habito dilatus per frustrationem esset, rettulit Mar-
4 cello tempus eum ad deliberandum sumpsisse. cum is diem
de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admoverent
castra legionesque, haud dubius, si in arcem accepisset eos,
5 deleri Romanum exercitum inclusum muris posse, Marcellus
ut Euryalum neque tradi neque capi vidit posse, inter Neapo-
lim et Tycham — nomina ea partium urbis et instar urbium
sunt — posuit castra timens, ne si frequentia intrasset loca,
6 contineri ab discursu miles avidus praedae non posset. legati
eo ab Tycha et Neapoli cum infulis et velamentis venerunt
7 precantes, ut a caedibus et ab incendiis parceretur. de quo-
rum precibus quam postulatis magis consilio habito Marcellus
ex omnium sententia edixit militibus, ne quis liberum corpus
8 violaret: cetera praedae futura. castraque testis parietum pro
muro saepta; portis regione platearum patentibus stationes
praesidiaque disposuit, ne quis in discursu militum impetus in
9 castra fieri posset. inde signo dato milites discurrerunt; re-
fractisque foribus cum omnia terrore ac tumultu streperent, a
caedibus tamen temperatum est; rapinis nullus ante modus
fuit, quam omnia diuturna felicitate cumulata bona egesserunt.

3. *dilatus*] hingehalten, aber mit dem Nebenbegriff 'auf eine andere Zeit wiederbestellt', wie sich aus dem Folgenden ergiebt; vgl. **41**, 8, 5 *legati Sardorum ad novos magistratus dilati erant* = waren 'vertröstet' worden.

4. *diem de die*] s. zu 23, 16.

differret] abs.; zu ergänzen *rem*.

legiones] s. zu 22, 14.

haud dubius] s. zu 15, 20.

5. *et instar urbium sunt*] nämlich Tycha und Neapolis; *et* = 'und doch' oder 'und dabei'.

6. *infulis*] wollene Binden, mit denen Hülfeflehende ihre Hände umwanden; oft trugen sie nach griechischer Sitte Olivenzweige; vgl. **24**, 30, 14 *ramos oleae ac velamenta alia supplicum porrigentes*.

a caedibus . . parceretur] vgl. § 9 *a caedibus temperatum est:* dies der gewöhnliche Ausdruck; jener erklärt sich aus der vielfach gleichen Verwendung beider Verba, z. B. in der Bedeutung 'schonen' regieren beide den Dativ. Vgl. auch **10**, 12, 8 *urbibus oppugnandis temperatum* und **26**, 31, 5 *ne hic quidem contumeliis in eos dicendis parcitis*.

7. *magis*] diese eigenthümliche Stellung findet sich bei Liv. häufig; z. B. 40, 8 und **26**, 41, 8 *adversae pugnae in Hispania nullius in animo quam meo minus oblitterari possunt*. Vgl. zu 21, 1.

8. *testis parietum*] *testa* ist der 'Backstein'; der Zusatz *parietum* bezeichnet ihn näher als 'Mauerstein' (aus welchem die *parietes* des Hauses gemacht werden); vgl. Cic. de domo 61 *neque copiae Catilinae caementis ac testis tectorum meorum se famem suam expleturas putaverunt*. Um diese Steine zu gewinnen, wird Marcellus einige umliegende Gebäude haben zerstören lassen.

pro muro] 'wie mit einer Mauer'.

regione platearum] 'in der Richtung' (s. zu 11, 7) der Strassen von Tycha und Neapolis, so dass die Thorwachen jede Bewegung oder Zusammenrottung vom Lager aus bemerken konnten.

9. *terrore ac tumultu*] s. zu 4, 10.

inter haec et Philodemus, cum spes auxilii nulla esset, fide 10
accepta, ut inviolatus ad Epicyden rediret, deducto praesidio
tradidit tumulum Romanis. aversis omnibus ad tumultum ex 11
parte captae urbis Bomilcar noctem eam nactus, qua propter
vim tempestatis stare ad ancoram in salo Romana classis non
posset, cum triginta quinque navibus ex portu Syracusano pro- 12
fectus libero mari vela in altum dedit quinque et quinquaginta
navibus Epicydae et Syracusanis relictis; edoctisque Cartha- 13
giniensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset, cum
centum navibus post paucos dies redit, multis, ut fama est,
donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus.

Marcellus Euryalo recepto praesidioque addito una cura 26
erat liber, ne qua ab tergo vis hostium in arcem accepta in-
clusos inpeditosque moenibus suos turbaret. Achradinam inde 2
trinis castris per idonea dispositis loca spe ad inopiam omnium
rerum inclusos redacturum circumsedit. cum per aliquot dies 3
quietae stationes utrinque fuissent, repente adventus Hippo-
cratis et Himilconis, ut ultro undique oppugnarentur Romani,
fecit. nam et Hippocrates castris ad magnum portum com- 4
munitis signoque iis dato, qui Achradinam tenebant, castra
vetera Romanorum adortus est, quibus Crispinus praeerat, et
Epicydes eruptionem in stationes Marcelli fecit, et classis Pu-
nica litori, quod inter urbem et castra Romana erat, adpulsa
est, ne quid praesidii Crispino submitti a Marcello posset. tu- 5
multum tamen maiorem hostes praebuerunt quam certamen.
nam et Crispinus Hippocraten non reppulit tantum munimentis,
sed insecutus etiam est trepide fugientem, et Epicyden Marcellus
in urbem compulit. satisque iam etiam in posterum videbatur 6
provisum, ne quid ab repentinis eorum excursionibus periculi
foret. accessit et ab pestilentia commune malum, quod facile 7
utrorumque animos averteret a belli consiliis. nam tempore

10. *fide accepta ut*] 'nachdem er die Zusicherung, das Zugeständnis erlangt hatte, er solle . .', wie 22, 11 *potestatem facere ut* . .; gewöhnlicher ist die Constr. mit Acc. c. inf., wie 16, 7; vgl. 8, 8. 23, 4.

11. *aversis*] kurz statt: die Aufmerksamkeit war von Anderem abgewandt und ganz dem Getümmel zugewandt.

26, 1. *recepto*] allgemein 'in seine Gewalt bekommen'; nicht selten im Gegensatz zu *vi captus*, z. B. Caes. BC 3, 12, 1 *recepto Orico*, wo der Commandant *se atque oppidum Caesari dedidit*.

ab tergo] nicht mit *in arcem accepta* zu verbinden, sondern wegen seiner Stellung so viel als *ab tergo exorta;* s. zu 9, 2.

vis hostium] 'feindliche Streitmacht'; vgl. 7, 25, 9 *si qua externa vis ingruat.*

2. *redacturum*] s. zu 15, 20.

4. *adpulsa est*] 'legte sich an das Gestade'; die Seesoldaten nahmen Stellung am Lande.

5. *reppulit munimentis*] wie auch das Simplex zuweilen mit dem blossen Abl. construiert wird, z. B. 44, 31, 7 *vano cum incepto moenibus pepulerunt Romanos.*

7. *ab pestilentia*] s. zu 39, 9.

autumni et locis natura gravibus, multo tamen magis extra
urbem quam in urbe, intoleranda vis aestus per utraque castra
8 omnium ferme corpora movit. ac primo temporis ac loci vitio
et aegri erant et moriebantur; postea curatio ipsa et contactus
aegrorum volgabat morbos, ut aut neglecti desertique qui in-
cidissent morerentur, aut adsidentis curantisque eadem vi morbi
9 repletos secum traherent, cotidianaque funera et mors ob oculos
10 esset, et undique dies noctesque ploratus audirentur. postremo
ita adsuetudine mali efferaverant animos, ut non modo lacri-
mis iustoque conploratu prosequerentur mortuos sed ne effer-
rent quidem aut sepelirent, iacerentque strata exanima corpora
11 in conspectu similem mortem expectantium, mortuique aegros,
aegri validos cum metu tum tabe ac pestifero odore corporum
conficerent. et ut ferro potius morerentur, quidam invadebant
12 soli hostium stationes. multo tamen vis maior pestis Poeno-
rum castra quam Romana *invaserat; nam Romani* diu circum-
13 sedendo Syracusas caelo aquisque adsuerant magis. ex hostium
exercitu Siculi ut primum videre ex gravitate loci volgari
14 morbos, in suas quisque propinquas urbes dilapsi sunt; et Car-
thaginienses, quibus nusquam receptus erat, cum ipsis ducibus
Hippocrate atque Himilcone ad internecionem omnes perierunt.
15 Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, traduxerat in urbem
suos, infirmaque corpora tecta et umbrae recreaverant. multi
tamen ex Romano exercitu eadem peste absumpti sunt.

27 Deleto terrestri Punico exercitu Siculi, qui Hippocratis
milites fuerant, . . . *occupaverant*, haud magna oppida, ceterum

locis . . gravibus] in einer 'ungesunden' Gegend, wie § 13. Zwischen der Stadt und dem Flusse Anapus zogen sich Sümpfe hin, welche bei grosser Hitze die Luft verpesteten und auf die Menschen, welche in der Nähe lagerten, natürlich eine nachtheilige 'Wirkung' (*movit*) äussern mussten.

8. *temporis ac l. vitio*] = *culpa*. *incidissent*] in was, besagt das Vorhergehende.

adsidentis curantisque] 'Krankenwärter und Krankenpfleger'.

vi morbi repletos] man erwartete ein Participium wie *correptos*; bei *repletos* muss *vis morbi* als 'Krankheitsstoff' genommen werden.

9. *cotidianaque*] s. zu 3, 13.

10. *non modo*] statt *non modo non;* s. zu 15, 2.

iusto conploratu] 'mit schuldiger Todtenklage'; vgl. *iusta solvere* (Cic.).

12. *castra Romana*] das § 4 u. 5 erwähnte Lager bei dem Olympium am Anapus. Einem zu grossen Verlust hatte Marcellus durch rechtzeitige Aufgabe desselben und Ueberführung der Besatzung in die Stadt vorgebeugt; s. § 15.

14. *et Carthaginienses*] *et* = 'und wirklich' *C. omnes perierunt,* d. h. die Sicilier hatten sich nicht ohne guten Grund entfernt.

15. *ut ingruebat*] das Impf. drückt die Nichtvollendung der Handlung aus und kann mit 'anfing' übersetzt werden, oder 'wie das Uebel so gewaltig wurde'; vgl. 33, 8 *postquam . . retineri* (*non*) *poterant* 'nachdem sich die Unmöglichkeit zeigte . .'; 36, 4 *postquam . . aderant apparebatque* 'nachdem . . sie erschienen, und es einleuchtend ward'; s. zu 10, 6.

et situ et munimentis tuta; tria milia alterum ab Syracusis,
alterum quindecim abest. eo et commeatus e civitatibus suis
comportabant et auxilia accersebant. interea Bomilcar iterum 2
cum classe profectus Carthaginem ita exposita fortuna socio-
rum, ut spem faceret non ipsis modo salutarem opem ferri
posse, sed Romanos quoque in capta quodam modo urbe capi,
perpulit, ut onerarias naves quam plurumas omni copia rerum 3
onustas secum mitterent classemque suam augerent. igitur 4
centum triginta navibus longis septingentis onerariis profectus
a Carthagine satis prosperos ventos ad traiciendum in Siciliam
habuit; sed iidem venti superare eum Pachynum prohibebant.
Bomilcaris adventus fama primo, dein praeter spem mora cum 5
gaudium et metum in vicem Romanis Syracusanisque prae-
buisset, Epicydes metuens, ne si pergerent iidem, qui tum tene- 6
bant, ab ortu solis flare per dies plures venti, classis Punica
Africam repeteret, tradita Achradina mercennariorum militum 7
ducibus ad Bomilcarem navigat. classem in statione versa in 8
Africam habentem atque timentem navale proelium, non tam
quod impar viribus aut numero navium esset — quippe etiam
plures habebat —, quam quod venti aptiores Romanae quam
suae classi flarent, perpulit tamen, ut fortunam navalis certa-
minis experiri vellet. et Marcellus cum et Siculum exercitum 9
ex tota insula conciri videret et cum ingenti commeatu clas-
sem Punicam adventare, ne simul terra marique inclusus urbe
hostium urgeretur, quamquam impar numero navium erat, pro-
hibere aditu Syracusarum Bomilcarem constituit. duae classes 10
infestae circa promunturium Pachynum stabant, ubi prima tran-
quillitas maris in altum evexisset, concursurae. itaque cadente 11

27, 1. *tria milia*] nämlich *passuum*, was sehr gewöhnlich nach *milia* ausgelassen wird.

quindecim] wozu ebenfalls *milia* zu nehmen ist, das in solcher Verbindung nicht hinzugefügt zu werden pflegt; vgl. 26, 21, 14 *octo milia peditum, tria Numidarum equitum.*

3. *perpulit*] absolut = 'durchsetzen, dahin bringen'; dagegen mit Object § 8 und 28, 5.

4. *iidem venti prohibebant*] diese Winde werden § 6 ungenau als Ostwinde, § 11 genauer als Eurus = SOwind bezeichnet. Bomilkar segelte also mit halbem Winde (*satis prosperos v.* 'leidlich günstig') nach Sicilien hinüber; um Pachynum konnte er nicht herumkommen, weil ihm nun der Eurus contrair war.

6. *tenebant*] s. zu 39, 10.

7. *mercennariorum militum*] *militum* ist überflüssig, doch findet sich bei Liv. diese Verbindung gewöhnlich (29, 8), und zwar mit vorangestelltem Adj., um diesen Begriff hervorzuheben; vgl. **30**, 8, 8 *mercennariis armis in Africam oppugnatum venerant.*

8. *in statione versa in A.*] nicht die *statio* (die Rhede) ist *versa in A.*, sondern die Schiffe selbst; daher: dieser hatte seine Flotte so auf der Rhede, dass sie nach A. gerichtet war (mit den Vordertheilen).

9. *urbe hostium*] s. zu 11, 15 *intus.*

10. *evexisset*] Liv. sagt häufig intransitiv *in altum evehi*, hier vereinzelt transitiv *evehere* = 'die Höhe des Meeres gewinnen lassen'.

iam Euro, qui per dies aliquot saevierat, prior Bomilcar movit, cuius primo classis petere altum visa est, quo facilius
12 superaret promunturium. ceterum postquam tendere ad se Romanas naves vidit, incertum, qua subita territus re, Bomilcar vela in altum dedit missisque nuntiis Heracleam, qui onerarias retro inde Africam repetere iuberent, ipse Siciliam prae-
13 tervectus Tarentum petit. Epicydes a tanta repente destitutus spe, ne *intra* obsidionem magna ex parte captae urbis rediret, Agrigentum navigat, expectaturus magis eventum quam inde quicquam moturus.

28 Quae ubi in castra Siculorum sunt nuntiata, Epicyden Syracusis excessisse, a Carthaginiensibus relictam insulam et
2 prope iterum traditam Romanis, legatos de condicionibus dedendae urbis explorata prius per conloquia voluntate eorum,
3 qui obsidebantur, ad Marcellum mittunt. cum haud ferme discreparet, quin quae ubique regum fuissent, Romanorum essent, Siculis cetera cum libertate ac legibus suis servarentur, evocatis ad conloquium iis, quibus ab Epicyde creditae res
4 erant, missos se simul ad Marcellum, simul ad eos ab exercitu Siculorum aiunt, ut una omnium, qui obsiderentur quique extra obsidionem fuissent, fortuna esset, neve alteri proprie sibi pa-
5 ciscerentur quicquam. recepti deinde ab iis, ut necessarios

11. *movit*] s. zu 9, 7.

primo] im Gegensatz zu *ceterum* (§ 12), gehört zu *visa est:* die anfangs 'nur' die offene See zu erstreben schien, damit . .

12. *onerarias*] ohne *naves*, wie 31, 13.

retro repetere] *retro* wird sehr häufig zu Verben, die mit *re* zusammengesetzt sind, pleonastisch hinzugefügt, z. B. **24**, 20, 3 *Marcellus retro, unde venerat, Nolam rediit.* **22**, 18, 7 *retro Apuliam repetens Gereonium pervenit* und sonst.

praetervectus] Liv. hat eine Vorliebe für Composita mit *prae* im Sinne von *praeter* (z. B. mit e i n e r Ausnahme stets *equo praevehi,* wie **24**, 44, 10); aber vom Entlangsegeln an einer Küste gebraucht er stets (*navibus*) *praetervehi* mit Acc., z. B. **21**, 41, 3. **26**, 39, 2.

13. *destitutus a spe*] so gewöhnlich bei Liv., doch auch mit blossem Abl., wie **29**, 24, 2 *magna spe destitutus erat.*

intra obsidionem r.] vgl. 28, 2. 30, 3 *obsideri*; Gegensatz 28, 4.

28, 1. *castra Siculorum*] in welchem sich das 27, 9 angedeutete Heer befindet; s. § 4.

iterum] zum ersten Male 241 v. Chr.

2. *condicionibus dedendae urbis*] kürzer **27**, 15, 3 *eandem, quae data Lucanis erat, condicionem deditionis petentes venerunt.*

mittunt] das Subject ergiebt der Zusammenhang.

3. *haud discreparet, quin*] eine bei Liv. mehrfach angewandte Redeweise; die Constr. mit *quin,* wie **2**, 1, 3 *neque ambigitur, quin.* **23**, 6, 2 *neque controversiam fore, quin* u. a. m.

iis, quibus] die Namen folgen § 5.

4. *proprie sibi*] 'besonders für sich, für sich allein'; vgl. **35**, 33, 9 *huic tam superbo decreto addidit propriam contumeliam Damocritus,* d. h. eine besondere, von ihm allein ausgehende Beschimpfung. So auch 33, 6 *suarum proprie virium* 'recht eigentlich eigener' *vires.*

hospitesque adloquerentur, expositis, quae pacta iam cum Mar-
cello haberent, oblata spe salutis perpulere eos, ut secum prae-
fectos Epicydis Polyclitum et Philistionem et Epicyden, cui
Sindon cognomen erat, adgrederentur. interfectis iis et multi- 6
tudine ad contionem vocata, inopiam quaeque ipsi inter se
fremere occulti soliti erant conquesti, quamquam tot mala ur-
gerent, negarunt fortunam accusandam esse, quod in ipsorum
esset potestate, quamdiu ea paterentur. Romanis causam op- 7
pugnandi Syracusas fuisse caritatem Syracusanorum, non odium:
nam ut occupatas res ab satellitibus Hannibalis, deinde Hie-
ronymi, Hippocrate atque Epicyde, audierint, tum bellum mo-
visse et obsidere urbem coepisse, ut crudelis tyrannos eius,
non ut ipsam urbem expugnarent. Hippocrate vero interempto, 8
Epicyde intercluso ab Syracusis et praefectis eius occisis, Car-
thaginiensibus omni possessione Siciliae terra marique pulsis
— quam superesse causam Romanis, cur non perinde ac si
Hiero ipse viveret, unicus Romanae amicitiae cultor, incolumis
Syracusas esse velint? itaque nec urbi nec hominibus aliud 9
periculum quam ab semet ipsis esse, si occasionem reconci-
liandi se Romanis praetermisissent; eam autem, qualis illo
momento horae sit, nullam deinde fore, si simul liberatas ab
impotentibus tyrannis *Syracusas esse et applicare se Romanis*
apparuisset.

5. *adloquerentur*] ganz allgemein, wie wir mit dem Simplex sagen: um die Verwandten (einmal) zu sprechen; anders 24, 15 *adloquio*.

pacta . . haberent] inhaltsvoller als das blosse *pepigissent*; vgl. 38, 13 und 14. 7, 32, 9 *qui omnia circa se domita armis habeant* u. a.

6. *quaeque*] und worüber sie selbst 'sonst' gemurrt hatten; vgl. **26**, 35, 7 *haec non in occulto, sed propalam fremebant*.

occulti] auf das Subj. bezogen, wie gewöhnlich bei Liv., z. B. **9**, 25, 7 *missique milites, qui occulti propinqua moenibus insiderent loca*; vgl. zu 30, 4.

7. *audierint*] ohne Rücksicht auf das vorhergehende *negarunt* ist hier das Tempus der directen Rede beibehalten; so oft bei Liv.

tum] s. zu 8, 9.

expugnarent] zu *tyrannos* im Sinne von 'überwältigen' zu nehmen; doch verbindet Liv. abweichend vom bisherigen pros. Sprachgebrauch *expugnare* auch sonst mit einem persönl. Obj., z. B. **37**, 25, 5 *venire eos ad omnia regna tollenda, ut nullum usquam nisi Romanum imperium esset. Philippum, Nabim expugnatos: se tertium peti; ut quisque proximus ab oppresso sit, per omnis incendium pervasurum.*

8. *interempto*] = *peste absumpto* (26, 15).

unicus] bei Liv. oft = *praestantissimus, singularis.* Hiero war 'ein Muster der Anhänglichkeit an Rom' gewesen. In der Verbindung mit *filius, filia* und *spes* hat *unicus* bei Liv. die Zahlbedeutung = *unus,* was sich im späteren Lat. als gewöhnlicher Ausdruck festsetzte, während *unus* zum unbestimmten Artikel wurde.

9. *nec . . aliud . . quam*] so Liv. fast immer; vgl. 33, 7. 38, 13. *nihil aliud nisi,* wie Cic. sagt, hat Liv. nur vereinzelt.

reconciliandi se R.] vgl. **35**, 19, 7 *talis oratio regem reconciliavit Hannibali.*

momento horae] s. zu 24, 14.

impotentibus] seiner selbst nicht mächtig, zügellos, despotisch; so

29 Omnium ingenti adsensu audita ea oratio est. praetores
tamen prius creari quam legatos nominari placuit. ex ipsorum
2 deinde praetorum numero missi oratores ad Marcellum, quo-
rum princeps 'neque primo' inquit 'Syracusani a vobis defe-
cimus, sed Hieronymus, nequaquam tam in vos impius, quam
3 in nos; nec postea pacem tyranni caede compositam Syracu-
sanus quisquam, sed satellites regii Hippocrates atque Epicy-
des oppressis nobis hinc metu, hinc fraude turbaverunt. nec
quisquam dicere potest aliquando nobis libertatis tempus fuisse,
4 quod pacis vobiscum non fuerit. nunc certe caede eorum, qui
oppressas tenebant Syracusas, cum primum nostri arbitrii esse
coepimus, extemplo venimus ad tradenda arma, dedendos nos,
urbem, moenia, nullam recusandam fortunam, quae imposita
5 a vobis fuerit. gloriam captae nobilissimae pulcherrimaeque
urbis Graecarum dei tibi dederunt, Marcelle. quidquid umquam
terra marique memorandum gessimus, id tui triumphi titulo
6 accedit. famaene credi velis, quanta urbs a te capta sit, quam
posteris quoque eam spectaculo esse, quo quisquis terra, quis-
quis mari venerit, nunc nostra *de* Atheniensibus Carthaginien-
sibusque tropaea, nunc tua de nobis ostendat, incolumesque
Syracusas familiae vestrae sub clientela nominis Marcellorum

6, 11, 6 *vitio ingenii vehemens et inpotens* und oft.

29, 1. *nominari*] für 'wählen' zuweilen von Liv. gebraucht bei Gesandten, bei dem Interrex, Dictator und Magister equitum.

oratores] hier von *legatos* nicht verschieden: 'Unterhändler'; eben so 31, 2.

3. *caede*] ein causaler Abl. ('in Folge'); eben so § 4. 30, 10 *trepidatione* und sonst.

compositam] vgl. 30, 40, 13 *si pax cum Carthaginiensibus componi nequisset, in Africam traiceret.*

hinc . . hinc] 'bald . . bald, theils . . theils', von Liv. in die Prosa eingeführt statt *hinc . . inde.*

regii] s. zu 18, 6.

metu] *quem iniecerunt,* und so oft.

nostri arbitrii] ein Genetivus possessivus, der sich in der Verbindung mit *esse, facere* und *fieri* findet, namentlich *dicionis facere, potestatis* und *arbitrii esse,* z. B. *mei arbitrii sum* 'ich habe das Recht der Selbstbestimmung über mich'; vgl. 7, 1.

5. *tui triumphi titulo*] *titulus* ist die Aufschrift auf Denkmälern, Ahnenbildern u. a.; in Verbindung mit einem Gen. ist es 'Verzeichnis', z. B. 28, 46, 16 *Hannibal aram condidit dedicavitque cum ingenti rerum gestarum titulo, Punicis Graecisque litteris insculpto.* Hiernach besagt unsere St.: 'dem Verzeichnis deiner Heldenthaten', frei: 'dem Ruhme deines herrlichen Sieges'.

6. *velis .. quam*] = *malis .. quam,* oder es ist beim ersten Gliede *potius* zu ergänzen. Diese dem griech. *βούλομαι .. ἤ* nachgebildete Constr. findet sich auch sonst bei lat. Historikern; vgl. 3, 68, 11 *malae rei se quam nullius duces esse volunt.*

quo quisquis] kurz statt *quae, quisquis eo . .*

de Atheniensibus tropaea] das nur hier erscheinende *tropaeum* ist mit *de* construiert, wie 8, 12, 4 *victoria de tot ac tam potentibus populis.*

sub clientela] das unterworfene Volk erhält einen *patronus* in Rom und steht zu diesem in einer Art von Clientenverhältnis; die Marceller aber waren später Patrone Siciliens.

tutelaque habendas tradas? ne plus apud vos Hieronymi quam 7
Hieronis memoria momenti faciat: diutius ille multo amicus
fuit quam hic hostis, et illius benefacta etiam re sensistis,
huius amentia ad perniciem tantum ipsius valuit'. omnia et 8
impetrabilia et tuta erant apud Romanos; inter ipsos plus belli
ac periculi erat. namque transfugae tradi se Romanis rati
mercennariorum quoque militum auxilia in eundem compulere
metum; arreptisque armis praetores primum obtruncant, inde 9
ad caedem Syracusanorum discurrunt quosque fors obtulit, irati
interfecere atque omnia, quae in promptu erant, diripuerunt.
tum ne sine ducibus essent, sex praefectos creavere, ut terni 10
Achradinae ac Naso praeessent. sedato tandem tumultu
exequentibus sciscitando, quae acta cum Romanis essent, dilu-
cere id quod erat coepit, aliam suam ac perfugarum causam
esse. in tempore legati a Marcello redierunt, falsa eos suspi- 30
cione incitatos memorantes nec causam expetendae poenae
eorum ullam Romanis esse. erat e tribus Achradinae prae- 2
fectis Hispanus, Moericus nomine. ad eum inter comites le-
gatorum de industria unus ex Hispanorum auxiliaribus est mis-
sus, qui sine arbitris Moericum nanctus primum, quo in statu
reliquisset Hispaniam — et nuper inde venerat —, exponit:
omnia Romanis ibi obtineri armis. posse eum, si operae pre- 3
tium faciat, principem popularium esse, seu militare cum Ro-
manis seu in patriam reverti lubeat. contra si malle obsideri
pergat, quam spem esse terra marique clauso? motus his Moe- 4
ricus, cum legatos ad Marcellum mitti placuisset, fratrem inter
eos mittit, qui per eundem illum Hispanum secretus ab aliis

tradas] der Conj. steht zwar auf gleicher Stufe mit *ostendat,* auffällig ist derselbe aber, weil der Schriftst. den Relativsatz demonstrativisch fortgesetzt hat (statt *incolumemque eam* ist der Name eingetreten); ganz klar hätte sich Liv. folgendermassen ausgedrückt: *quae, quisquis eo . . venerit, . . tropaea ostendat quamque incolumem . . sub clientela . . habendam tradas.*

7. *plus momenti faciat*] s. zu 18, 3.

multo] wegen der Stellung s. zu 31, 5.

8. *tuta*] 'gesichert', d. h. geschützt vor Ablehnung.

tradi] s. zu 22, 14.

mercennariorum] s. zu 27, 7.

10. *exequentibus sciscitando*] eine echt livianische Ausdrucksweise zur Bezeichnung des eindringlichen, fortgesetzten Fragens; auch *exequi quaerendo* und *percunctando* sagt Liv. Wer die *exequentes* sind, ergiebt der Zusammenhang.

30, 2. *erat e*] *e* zur Bezeichnung des Ganzen, wozu etwas als Theil gehört; zuweilen vollständiger *e numero.*

unus ex H. auxiliaribus] der Mann hiess Belligenes.

3. *operae pretium faciat*] s. zu 19, 11.

cum Romanis] s. zu 15, 13.

4. *secretus ab aliis*] das Adv. würde die Art, wie die Handlung vollzogen wird, bestimmen; das Adj. drückt das Verhalten des Subj. bei der Handlung aus. Daher ist das Adj. häufiger als das Adv., wenn das Wort einen Seelenzustand ausdrückt, wie *laetus audivi* (38, 23), *invitus feci, timidi resistebant* u. s. w. Durch die Dichter ist die-

ad Marcellum deductus, cum fidem accepisset composuissetque
5 agendae ordinem rei, Achradinam redit. tum Moericus ut ab
suspicione proditionis averteret omnium animos, negat sibi
placere legatos commeare ultro citroque, neque recipiendum
quemquam neque mittendum, et quo intentius custodiae ser-
ventur, opportuna dividenda praefectis esse, ut suae quisque
6 partis tutandae reus sit. omnes adsensi sunt. partibus divi-
dendis ipsi regio evenit ab Arethusa fonte usque ad ostium
7 magni portus. id ut scirent Romani fecit. itaque Marcellus
nocte navem onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi
ad Achradinam iussit exponique milites regione portae, quae
8 prope fontem Arethusam est. hoc cum quarta vigilia factum
esset, expositosque milites porta, ut convenerat, recepisset
Moericus, luce prima Marcellus omnibus copiis moenia Achra-
9 dinae adgreditur ita, ut non eos solum, qui Achradinam tene-
bant, in se converteret, sed ab Naso etiam agmina armatorum
concurrerent relictis stationibus suis ad vim et impetum Ro-
10 manorum arcendum. in hoc tumultu actuariae naves instructae
iam ante circumvectaeque ad Nasum armatos exponunt, qui
inproviso adorti semiplenas stationes et adapertas fores por-
tae, qua paulo ante excurrerant armati, haud magno certamine

ser Gebrauch auf viele andere Adj. ausgedehnt und so auch in die Prosa eingebürgert worden, z. B. fast immer bei *occultus* (s. 28, 6). Vgl. **6**, 25, 1 *Tusculani secreti ab aliis ad tribunos adducuntur.* Aber auch das Adv. findet sich bei obigen Ausdrücken, z. B. 37, 15 *trepide.*

fidem accepisset] der ausgelassene Infinitivsatz ergänzt sich aus § 3.

agendae ordinem rei] der Verlauf und Gang, den der Anschlag nehmen soll; vgl. **40**, 55, 5 *ordinem omnem facinoris exposuit.* **28**, 28, 8 *viam consilii scelerati .. exequi volo.*

5. *opportuna*] s. zu 13, 14.

reus] 'verantwortlich' für; vgl. **6**, 24, 8 *ut se, reum fortunae eius diei, crimine eximerent* 'verantw. für den Ausgang dieses Schlachttages'.

6. *partibus dividendis*] 'bei ..'; eigentlich aber ist dies ein Abl. abs. mit dem gewöhnlich Part. Fut. Pass. genannten Part. Praes. Pass. = *cum partes dividerentur;* vgl. 6, 22 *vis urbibus expugnandis experiri virtutem?* **26**, 48, 2 *qui capienda urbe tantum periculi adissent.*

ostium] wo sich der grössere Hafen mit dem kleineren vereinigt bei der *arx Dionysii*; vgl. **11**, 11. 19.

7. *remulco trahi*] *r. trahere* = bugsieren, ins Schlepptau nehmen. *remulcum* ist vom griechischen ῥυμουλκεῖν gebildet, welches die Volksetymologie mit *remus* in Verbindung setzte.

regione portae] 'in der Richtung auf das Thor' (s. zu 11, 7), so viel als 'in der Gegend'.

8. *porta .. recepisset*] der Abl. bezeichnet den Weg, auf welchem eine Bewegung stattfindet, wie § 10 und **24**, 21, 7 *hexapylo invecti* = 'durch' das Hexapylon; eben da 32, 6 *hexapylo agmen receptum est.*

10. *actuariae naves*] kleinere, leicht bewegliche Fahrzeuge, deren Bemannung nicht gross war; s. **38**, 38, 8 *naves actuarias, quarum nulla plus quam triginta remis agatur, habeto* (*Antiochus*).

inproviso] s. zu **9**, 11.

adapertas fores] vgl. 31, 2; das Comp. *adaperire* hat Liv. in die Prosa eingeführt, eben so den Gegensatz hierzu *adoperio* (**1**, 26, 13).

Nasum cepere desertam trepidatione et fuga custodum. neque 11
in ullis minus praesidii aut pertinaciae ad manendum quam
in transfugis fuit, quia ne suis quidem satis credentes e medio
certamine effugerunt. Marcellus ut captam esse Nasum *com-* 12
perit et Achradinae regionem unam teneri Moericumque *cum*
praesidio suis adiunctum, receptui cecinit, *ne* regiae opes, qua-
rum fama maior quam res erat, diriperentur.

Suppresso impetu militum ut iis, qui in Achradina erant, 31
transfugis spatium locusque fugae datus est, Syracusani tan- 2
dem liberi metu portis Achradinae apertis oratores ad Mar-
cellum mittunt nihil petentis aliud quam incolumitatem sibi
liberisque suis. Marcellus consilio advocato et adhibitis etiam 3
Syracusanis, qui per seditiones pulsi ab domo intra praesidia
Romana fuerant, respondit non plura per annos quinquaginta 4
benefacta Hieronis quam paucis his annis maleficia eorum, qui
Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse. sed plera-
que eorum, quo debuerint, recidisse, foederumque ruptorum
ipsos ab se graviores multo quam populus Romanus voluerit
poenas exegisse. se quidem tertium annum circumsedere Sy- 5
racusas, non ut populus Romanus servam civitatem haberet,
sed ne transfugarum *alienigenarum*que duces captam et oppres-
sam tenerent. quid potuerint Syracusani facere, exemplo vel 6
eos esse Syracusanorum, qui intra praesidia Romana fuerint,
vel Hispanum ducem Moericum, qui praesidium tradiderit, vel
ipsorum Syracusanorum postremo serum quidem, sed forte con-
silium. sibi omnium laborum periculorumque circa moenia 7
Syracusana terra marique tam diu exhaustorum nequaquam
tantum fructum esse, quod capere Syracusas *potuerit, quantum,*

trepidatione et fuga] s. zu 29, 3.

11. *ad manendum*] gehört nur zu *pertinaciae* und ist zu diesem Subst. hinzugesetzt, wie *ad* oft bei Adjectiven steht; vgl. zu 6, 23. So sagt Liv. **29**, 1, 17 *pertinaces ad obtinendam iniuriam*; daneben **29**, 33, 7 *pertinacior in repugnando.*

quia] gehört dem Sinne nach nur zu dem Participium; daher ist *credentes* aufzulösen *credebant et ob eam causam . . .*

12. *regionem unam*] der südlichste Theil der Achradina, in den die Römer über den Isthmus eingedrungen waren.

res] 'der wirkliche Bestand'.

31, 1. *suppresso impetu*] 'dadurch dass . .'.

spatium] vgl. **24**, 22, 10 *spatium sumeret ad consultandum ab legatis.*

2. *petentis*] s. zu 13, 2. Für die Erhaltung der Stadt wagen sie keine Bitten mehr zu äussern.

3. *ab domo*] sagt Liv. eben so häufig als *domo;* vgl. zu 22, 6.

intra pr. R.] s. zu 24, 15.

4. *per annos quinquaginta*] s. zu 9, 2.

5. *multo*] nicht selten in dieser Weise dem Comp. nachgestellt, eben so *aliquanto,* z. B. 23, 12. 29, 7; s. zu 7, 8. So auch bei Cic., z. B. de or. **2**, 178 *plura enim multo.*

poenas exegisse] eben so **45**, 19, 16 *diis exigentibus poenas,* Cicero: *p. repetere a;* vgl. 30, 1 *expetere p.*

